nis ad illa: ꝛ tñ locus nō ꝓprie dicit̄ moueri vel muta ri: tñ illud aliter ſe hr̄e nō ꝯtingit ſine motu vel muta tione alicuius. puta corpoꝝ ſibi ſuccedētiū circa eundē locū: ꝛ ſic gnāl r nūq̄ aliqd hꝫ ſe aliter q̄ ꝑus niſi ꝯcur rēte aliquo motu vel mutatiōe illius vel alterius: ꝛ ſic eſt in ꝓpoſito: qꝛ corpus xp̄i alr ſe hꝫ dū icipit eē in ſa cramēto q̄ ꝑus ſe hr̄et: nō tñ ipſuꝫ mouet̄: aut mutat̄: ſed aliqd aliud: nec ſufficit mutatio alteri⁹ ad ħ niſi ſit trāſubatio: vt dictū eſt. Pōt ēt dici ꝙ hoc ꝛ ꝑcedentib⁹ ꝙ aliter ſe hr̄e nūc ꝛ ꝑus ꝑ ſe: hoc eſt non ꝑ aliud nec ꝑ accńs: ſꝫ rōne ſui: met: eſt diffinitio ipſius moueri vl̄ mu tari: ꝛ de q̄cūqꝫ ꝑdicat̄ talis diffinitio predicat̄ diffini tum. modo corpus xp̄i licꝫ habeat ſe aliter nūc q̄ ꝑus dū incipit eſſe in eucharīſtia: hoc tñ nō eſt ꝑ ſe: ſed per aliud. ſcꝫ per ꝯuerſionē alterius in ip̄ꝫ. Proportionalr dr̄ ad alia ꝑus inducta ꝯ ip̄robationē maioris: qꝛ i illo caſu vltima ſpera alr ſe hr̄et: ꝛ eſſet in alio loco nō per ſe: ſed ꝑ aliud: vt pꝫ. vñ nō opꝫ ꝙ corpus xp̄i moueat̄ per hoc ꝙ alr ſe hꝫ nūc ꝛ prius: ſed aliud mutat̄: ꝛ ſile ē in alio caſu de vltia ſpera. ¶ Ad 3ᵐ ꝑnl̄ pꝫ rn̄ſio ꝑ ꝑdicta dr̄ eni ꝑ ꝙ in nullo derogat diuine po ponere ꝙ non pōt ip̄oſſia ꝛ ꝯdictionē iplicātia: ſic̄ eſt ꝙ corpus xp̄i in cipiat eſſe ſacr̄alr ſub ſpēb⁹ panis ſine motu locali cor poris xp̄i: ꝛ ſine ꝯuerſione alicui⁹ in ipſuꝫ vel motu ad locū ei⁹ in celo. Dicit̄ ſcḋo ꝙ licꝫ difficile ſit videre quō ꝑ ꝯuerſionē panis corp⁹ xp̄i icipit eē in ſacr̄o: tñ diffici lius imo ip̄oſſe eſt videre aliū modū. Dr̄ 3° ꝙ rō ibi ſcā ꝯ ꝯuerſionē ſubē in ſubam ꝑ ſile de ꝯuerſione quātita tis in q̄litatē ſuprius ē euacuata multiplr ex dictis Pe tri: qꝛ in illo ſcḋo caſu nō manet rō locādi ſicut ꝑ caſu. Et iō in nr̄a ꝯuerſione corpus xp̄i ſuccedit pani ꝯuer ſo quo ad locū ꝛ accñtia: nō āt in illa ꝯuerſione: ꝑ quā quātitas ꝯuerteret̄ in qualitatē. ¶ Ad 4ᵐ ꝑnl̄ dr̄ ꝑ ꝙ poſitio nr̄a in nullo eſt temeraria: ſed potius arguēs lo quit̄ temerarie ꝯ doctrinā ꝑ eccl̄iā approbatā. Dr̄ 2° ꝙ ſilitudo de exn̄tia humanitatis i diuino ſuppoſito per quādā habitudinē: ꝛ de exn̄tia corpis xp̄i in ſacr̄o ꝑ ſo lā habitudinē diuinitus ſibi datā nō valꝫ: tū qꝛ falſuꝫ ſupponit. nā humanitas nō eſt in diuino ſuppoſito per ſolā habitudinē: ſicut aſſumit arguēs. imo ꝑ idiaſionē ſuppoſiti ꝛ nāe hūane in quodā eē ſubſiſtēte ꝛ exn̄tie: ꝛ tractū humanitatl ad diuinū eē: ſeu ad diuinū ſubſi ſtere: vt fuit dictū in 3°. tū qꝛ ſuppoᵐ diuinū eſt vbiqꝫ: ꝛ ſic vnio humanitatis ad illud nō facit illā eē in duob⁹ locis: nec ex̄ locū ꝓpriū. Pn̄tia aūt ſubē corpis xp̄i ad ſubaꝫ panis alibi exiſtentē: faceret corpus xp̄i deſerere ꝓpriū locū vel eſſe in duob⁹ circūſcriptiue: qḋ eſt incō ueniens: ꝛ hoc ſatis bn̄ deducit Petrus qꝛ nullus ordo aut reſpcūs aut hitudo diuinitus impſſa corpi faceret ip ſum pn̄tē ſubē panis: ꝛ ei⁹ loco niſi eēt reſpectus de gn̄e vbi: aut ſit⁹: vel reᵐ ſubti ad accn̄s vel mouētis ad mo tū vel reᵐ illabētis ad illud cui illabit̄: vel aſſumentis ad aſſumptū: aut vniti ad vnitū: aut aliqs ſilis ſupradi ctis. mō ꝯſtat nullū talē reſpectū poſſe dari i ꝓpoſito: ſtantib⁹ nūc creditis ꝛ ſcōꝝ dictis. Reſtat ḡ ſolū illuꝫ reſpectū ſufficere: quē ſcūs Tho. ponit ſcꝫ pn̄tiam ſubē corpis xp̄i ad accn̄tia panis ꝯuerſi ꝑ ſucceſſionē duarū ſubaꝝ ſub eiſdē accn̄tib⁹ ꝛ ꝯuerſionē ꝑᵉ in 2ᵐ. ¶ Ad ꝑmū Aureoli ꝯ eādē ꝯnē negat̄ minor: ꝛ ad ꝓbationē dr̄ ꝙ ſuba corpis xp̄i imediate ſuccedit ſubē panis ſub eiſdē accn̄tibus ꝛ ſpēbus mediātib⁹ qbus ſuccedit ſubē panis quo ad locū: licꝫ ſuba panis alr ſe hr̄et ad ſpēs q̄ mō hēat ſuba corpis xp̄i: vt ꝑus dictū fuit. Nā ſuba pa nis eiſdē iformabat̄: nō aūt ſuba corpis xp̄i: licꝫ ſit eis eque pn̄s: nec ſeqt̄ ꝙ ibi ſit ſola trāſaccidentatio. tū qꝛ nihil ꝯuertit̄ in ꝑdicta accidētia: nec ecōtra aliqḋ acci dēs ꝯuertit̄ in aliqd: tū qꝛ ꝑter ſucceſſionē ſubē ad ſub ſtantiā eſt ibi ꝯuerſio vni⁹ ſubē in aliā: ꝛ iō eſt vā tran ſubatio: ꝛ nō ſola trāſaccidentatio. ¶ Ad 2ᵐ dr̄ ꝙ iſta ſucceſſio eſt ꝑm aliqḋ nouū eſſe acquiſitū corpi xp̄i: qꝛ ſcꝫ nouiter hꝫ eē ſacr̄ale ſub ſpēb⁹: ſub qb⁹ ſuba panis habebat eē ſubiectiuū: ꝛ quātitatiuū: ꝛ q̄lēꝛ hal̄ꝫ. Nec valꝫ hui⁹ ip̄robatio: vt pꝫ ex dictis ad ꝑmū. Itē ſic̄ pa nis erat preſens ſpēb⁹ ita corpus xp̄i: ꝛ ita acqrit nouū reſpectū ꝑſentie ad illas: ꝛ ꝑter hoc panis remanet i po tētia paſſiua obedīētiali nouiter i corpe xp̄i mō ꝑus ex poſito. ¶ Ad 3ᵐ pꝫ ſolō ꝑ ꝑdicta: qꝛ in trāſubatione nō ſolū eſt ſucceſſio. imo ꝯuerſio ſubē in ſubaꝫ: ꝛ cū ꝓbat̄ ꝙ tal̄ reᵒ ſucceſſionis nō ſit i corpe xp̄i: qꝛ nō eſt dare in q̄ ſit poſteri⁹ pane: nl̄ ſū ē q̄ ad pn̄tiā. Nec iſtud eſt ꝯ doctores: qꝛ nō ſolū ponim⁹ ſucceſſionē. imo ꝯuerſionē ꝛ mutationē ſubē panis: nō āt ſeqt̄ mutatio aliq̄ i cōpe xp̄i: cū ꝑ ꝑ acqſitionē reᵒ ſine acqſitione abſoluti nihil ꝓpe mutet̄: vt pꝫ 5° phyſi. nec ſilr aliqd dr̄ ꝓpe mutari ſi nouiter hꝫ in ſe aliqd in po⁰ obedīētiali ꝑ ꝯuerſiōeꝫ alicui⁹ in ipm: ꝛ ꝑ ħ ꝙ eſt termin⁹ ꝛ nō ſubm ꝯuerſio nis: nec hꝫ aliqd actu nouiter in ſe: ſꝫ ſolū in po⁰: ſic aūt eſt in ꝓpoᵒ. ¶ Ad ꝯfirmationē dr̄ ꝙ talis ſucceſſio eſt reᵒ extrinſec⁹ adueniēs: nec opꝫ ꝙ acqrat̄ ꝑ motū cor pis xp̄i: qꝛ ēt reᵒ de gn̄e vbi pōt acqri nouiter ſine mo tu ſui ſubti: ſic pꝫ in exēplo ſupius poſito. puta ſi e ī vlti mā ſperā crearet̄ alia ſpa ipſaꝫ vndiqꝫ ambiēs: ſic loca tū ꝓpriū. Cū ēt aer ꝯuertit̄ in ignē terminus cōuerſio nis acqrit nouū vbi ſine motu locali: ſꝫ concurrat ibi gn̄atio ignis. Sile pꝫ de pila pōtis circa quā fluit aq̄: ꝛ de baculo fixo in aq̄: ꝛ de turri circa quaꝫ fluit aer: aut vēt⁹: ꝛ de ſilib⁹ acqrētib⁹ nouū vbi ſine ſui mutatiōe ꝑ ſolā mutationē alicui⁹ corpis locātis ea: qꝛ vt ꝑus dcꝫ eſt talia hn̄t ſe nūc alr q̄ ꝑus ꝑ aliud: ꝛ nō ꝑ ſe. iō nō pt argui ꝙ talia moueāt̄: ſꝫ ꝙ aliḋ ab eis moueat̄. ¶ Ad q̄rtū pꝫ ex ꝑdictl: qꝛ i eucha⁰ nō pōim⁹ q̄lēcūqꝫ ſucceſ ſionē: ſꝫ talē ſucceſſionē ꝛ taliū ſubaꝝ: q̄ꝝ vna trāſit ꝛ ꝯuertit̄ i aliā: ꝛ q̄dāmō manet in alia: nō actu: ſꝫ poten tia obedīētiali: ꝛ iō pt dici ꝙ vna accedit ad aliā: ꝛ tran ſit in aliā. Nec valꝫ ꝯfirmatio de for⁰ ſubali ꝛ ꝑuatiōe: qꝛ ꝑuatio vt ꝑuatio non manet in for⁰ ſubali. iō nullo mō ꝯuertit̄ i eā. Itē ꝑter ordinē ſucceſſiōis corpus xp̄i acqrit nouū eē ſacr̄ale: ꝛ fac̄ q̄dāmō vnū ſacr̄m cū ſpē bus. ¶ Ad 5ᵐ dr̄ ꝙ ſec⁹ ē i mutatiōib⁹ nālib⁹: ꝛ in trāſ ſubatione ſupnāli: vel ēt in creatiōe: vl̄ trāſubatiōe: qꝛ in alijs ē aliqd cōe ſubꝫ vtriqꝫ termio: nō aūt in iſta: ſꝫ ordo terminoꝝ ad inuicē. vñ btūs Tho. pn̄ti diſ. q. i. art. 4° i ſol. ꝑ⁰. q. ſic dic̄. (Hec ꝯuerſio in ħ differt ab oīb⁹ alijs mutatiōib⁹: qꝛ i oīb⁹ alijs eſt aliqḋ ſubꝫ cōe: i hac āt nō: ſꝫ ſolū ē accipe duos terminos ꝯuerſiōis: ꝛ iō oēs locutiōes exꝑmētes mutaᵒⁿᵉᵐ ꝑ quā ip̄ortat̄ ordo termi ni ad terᵐ ꝯcedēde ſūt i hac mā: ſic̄ hec: pānis ꝯuertit̄ i corp⁹ xp̄i. Locutiōes vō q̄ exꝑmūt idētitatē ſubti nō ſūt ꝯcedēde ꝓpe loquēdo: ſꝫ qꝛ i hac ꝯuerſiōe ē aliqd ſile idētitati ſubti. ſ. cōitas ſpēꝝ q̄ manēt hīc inde: q̄uis ille ſpēs nō ſint mutatiōis ſubꝫ: iō ēt tales locutōes aliqn̄ a ſcis poſite inueniūt̄: vt idētitas ip̄ortata nō referat̄ ad ſubꝫ: ſꝫ ad ſpēs eaſdē. vñ tales locuᵒⁿᵉˢ nō ſūt extēdēde: qꝛ ſūt ip̄roprie: ꝛ qꝛ hec locutio: qḋ ē ħ fuit illḋ: vl̄ qḋ eſt ħ erit illḋ exꝑſſe ip̄ortat idētitatē ſubti mutationis ꝑ ꝑ nāꝫ relonis: iō nō ē ſimpl̄r ꝯceᵈᵃ.) Hec ille. Ex qb⁹ pꝫ ꝙ dcꝫ phi ꝛ ꝯmētator: nō hꝫ locū i ꝓpoᵒ: qꝛ talē mutaᵒⁿᵉᵐ q̄lē pōit fides: neuter credidit: ꝛ ꝑter ħ falſū ē ꝙ in nā lib⁹ nūq̄ ſit hitudo iter terminos factōis niſi rōe ſubti. vñ ſcūs Tho. ibidē in ſol. 3ᵉ queſti. ſic dic̄. (Hec locu

Diſ. 5. q. 1. ꝛ ſum. 6.

Ad arg. Au reoli contra eandē tertiā.

In ſolone ar gu. Sco. con tra ſecundā.

Tex. cō. 10.

Qualr ſit ſuc ceſſio ſubaꝝ i ſacro eucha riſtie.

Que locutio nes ſint con cedēde vl ne gāde circa ſa cramentū eu chariſtie.

tio ex hoc fit hoc. ꝑncipalr exprimit ordinē terminorū ad inuicē: ſic per ꝯſis qſiq3 vnitatē ſubiecti: vñ qſiq3 iportat ordinē tñ ſine hoc ꝙ iportet ſubm: vt cū dr ꝙ mane fit meridies. id eſt poſt. vt dr 2° meta. ⁊ ſm hoc
Tex.c.7. hec erit incōgrua: panis fit corp⁹ xpi: ſed hec erit ꝯcedēda: ex pane fit corp⁹ xpi. ſi ly ex nō denotet ſubm: ⁊ q̄ſi cām mālē: ſ3 tñ ordinē terminoꝝ ad inicē.) Hec ille. Et ſilia ponit p° ꝑte. q. 45. arti. p° in ſolone tertij dicēs. (Cū dicit ex nihilo aliqd fieri: hec ꝑpō ex nō deſignat cām mālē: ſed ordinē tm: ſicut cū dr ex mane fit meridies: id eſt poſt mane.) Hec ille. Sile dicit de po° dei. q. 3. arti. 2° in ſolone ſeptimi. Itē 2° ſen. diſ. i. q. i. arti. 2° in ſolo. 2'. ¶ Ad 6m dr p̄mo ꝙ nuſq̄3 legi ꝙ ſcūs Tho. dicat formalr ⁊ expſſe ꝙ trāſubſtātio vel cōuerſio ſit ſubiectiue in pane: lic3 dicat ꝙ ſucceſſio duaꝝ ſubaꝝ: q̄ꝝ vna eſt terminus a quo: ⁊ alia terminus ad quē: eſt ſubiectiue in duob⁹ ſubiectis. ſc3 tā in pane q̄3 in corpore xpi: ſicut numer⁹: ⁊ ordo: ⁊ ꝯſilia regrunt duo ſubiecta. vt p3 in ꝑbōne 3ᵉ ꝯnis. Dicit 2° ꝙ ſi trāſubſtātio ſit illa ſucceſſio duaꝝ ſubaꝝ ſub eiſdē accntib⁹ cū ꝯſili pñtia vtriuſq3 ad illa accidētia ⁊ deſitione ac mutatiōe vni⁹ illarū in aliā cū po° recōuerſionis 2ᵉ in p̄mā: tunc talis trāſubſtātio dr pot⁹ eē ſubiectiue in pane q̄3 i corpe xpi: q2 ꝑ eā deſinit eē: ⁊ magis mutat a ſtatu ſuo. ⁊ a ſuo eē ⁊ a ſua eēntiarꝫ q̄libet ſua ꝑfectione: ⁊ quolib3 realr ſibi inexiſtēte panis q̄3 corp⁹ xpi: q2 nihil abſolutum ꝑdit ꝑ trāſubſtātionē. imo potius aliqd acqrit itrinſece vl' extrinſece abſolute vel reſpectiue: actu vel po°: ſine tamē reali ſui mutatione: vt ꝑdictū eſt. Dicit 3° ꝙ argm̄ ꝯtra hoc factū nō val3: q2 cū dr ꝙ impoſſe ē ꝙ aliqd accns ſit in illo ſubiecto ⁊c. dr ꝙ ꝑbatio illa optie ꝯcludit de accnte mere poſitiuo: ſed nō de accnte pure negatiuo: vel p̄n' includēte negationē: cui⁹ eſt trāſubſtātio q̄ includit poſitatē pāis re'' cōpis xpi ſub ſpēb⁹. ⁊ d'ſitionē ſube pāis i iceptiōe pñtie corpis xpi ſub ſpēb⁹. Illa aūt poſitas cū ſit re'' poſitiuus eſt ſubiectiue i pane toto tpe ꝯlatiōis vboꝝ ſacraliū ꝑter vltimū ei⁹ inſtans: in quo tpe adhuc eſt ſuba panis ſub ſpēb⁹: ſ3 in vltio inſtāti illi⁹ tpis deſinit panis eē ſub ſpēb⁹: ⁊ incipit corp⁹ xpi eē ſub eiſde3: ⁊ ſicut iceptio eſt ſubiectiue in corpe xpi. ita deſitio dr eē ſubiectiue in pane: lic3 tūc panis nō ſit: q2 deſitio cū ſit accns negatiuū nō regrit ſub3 exñs. imo ſubm nō exñs: nec regrit ſuſtētās. imo cadēs: cu3 nō ſit ibi realis inherētia: nec ſuſtētatio: ſed ſola denoīatio rationis: ſicut cū deſit eſſe forma ignis: deſitio dr eſſe in illa forma ſubiectiue: nō ꝑ realē inherentie3: ſed ꝑpter h ſolū q2 denoiat eā deſinētē a poni eē. ¶ Ad ſeptimū p3 rñſio ex ꝑdictis: q2 trāſubſtātio quo ad inceptionem pñtie corpis xpi: ⁊ quo ad deſitionē ſube panis ſub ſpēbus: nō eſt niſi in vltimo inſtāti ꝯlationis vboꝝ: ⁊ pro illo inſtāti deſitio ⁊ iceptio pñtie ad ſpēs hñt ſua ſubiecta mō quo dictū eſt. Et de ꝑdictis ſcūs Tho. pñti diſ. q. i. arti. 3°. q. 2° in ſolone tertij ſic dicit. (In qualib3 mutatiōe op3 deſignari nūc ⁊ p̄us ſm duos terminos mu
Tex.co.42. tationis q ſunt incōtingētes: vt dr p° phyſicoꝝ. id eſt q nō pñt ſil' eē. vñ ſm diuerſitate3 terminoꝝ in diuerſis mutationib⁹ ſm h diuerſimode ſignant ibi nūc ⁊ p̄us. Aliq̄ enī mutatio eſt iter cuius terminos pōt accipi mediū ⁊c.) ⁊ poſt mlta ſic ꝯcludit. (In mutatiōib⁹ in qbus termini ſunt affirmatio ⁊ negatio tñ: ſeu p̄uatio ⁊ forma tñ: in talib⁹ ꝑ ſe loquēdo nō pōt eſſe receſſus a termino vl' acceſſus ad terminū añ pectionē ad vltimū terminū: ⁊ illud p̄us nō ꝑtinet ꝑ ſe ad hāc mutationē: ſed ſolū ꝑ accns rōne illius adiuncti ad negatione3 ſm ꝙ ꝑ accns negatio recipiebat magis ⁊ minus: ⁊ per ꝯſis mediū. Vñ ꝑ ſe loquēdo pertinet ad ꝑcedētē motū: ſicut ad alterationē q̄ ꝑcedit gñationē: ⁊ ad motū localē q ꝑcedit illuminationē: ⁊ ꝑꝑ h iſte mutatiōes dicūt eē in iſtāti: ⁊ q2 vt dictū eſt iter ſubaꝫ panis ⁊ ſuba3 corpis xpi nō eſt accipe mediū qd magis ſit ꝑpiquū corpi xpi q̄3 ſube panis q̄tū ad hoc ꝙ cōuertit in ipm vtute diuine. ideo idē eſt iudiciū h iſta ꝯuerſiōe: ⁊ de ꝑdictis mutationib⁹.) Vñ ad hāc ꝯuerſionē nō ꝑtinet niſi illd nūc in quo deſinit eē panis: ⁊ icipit eē corp⁹ xpi: ſ3 illud p̄mū vel p̄us ꝑtinet ad totū tps ꝑcedēs qd mēſurabat ꝯlationē vboꝝ: q̄ quodāmō efficit ꝯuerſionē.) Hec ille. cū multis alijs bene faciētib⁹ ad illucidationē ꝑdictoꝝ ꝑ totū 3m articl'3: qb⁹ ſilia pōit 3°. ꝑte. q. 71. arti. 7° per totū. Et q2 ſupradictū eſt ꝙ in trāſubſtātione nō ſolū eſt ſucceſſio ſubaꝝ. imo ꝙ in corpe xpi relinquit nouus effectus ⁊c. De hoc Pe. de palu. ſic dicit. Iſta conuerſio nō eſt annihilatio: q2 nō eſt verſio in nihil: ſ3 in aliqd: lic3 illud in qd eſt ꝯuerſio nō acqrat ex ꝯuerſione nouā formā: ſicut cū aer vtit in ignē ꝑ gñationē: nec nouā māstory: ſic cū cibus ꝯuertit i cibatū: ſ3 ſicut qñ eſt corruptio ſine gñatione vt qñ lux corrūpit ipſa for' nō annihilat: ſ3 cōuertit in ſubm: nō ſic ꝙ ſub3 ex luce generet: nec ꝙ aliqd lucis addat eēntie ſubiecti: ſ3 trāſit in ſubm cedēs in potētiā eius: ⁊ q̄uis nō ſit plus in potentia hui⁹ ꝑtis: in quā cedit q̄3 alteri⁹: dr tñ in iſtā ꝑtē3 ꝯuerti vel trāſire. ſic dr ſuba ꝯuerti in corp⁹ xpi ⁊ tranſubſtātiari: ⁊ hec ſuba in illā trāſire: nō q2 in illa fiat noua forma ſubalis aut mā: ſed ꝑ ſimplicē tranſitionē in illā: q2 relinquit ibi nouū effectū: vt ſtatim dicet. Hec Pe. Quō aūt relinquat nouū effectū recitatū eſt prius in ſolone p̄mi argumēti Durādi ꝯ p̄mā ꝯnē. ¶ Ad argumētū p̄ncipale ꝑ qōne rñdet beūs Tho. ꝑſenti diſ. q. i. arti. p°. q. i. in ſolone p̄mi argumēti dicēs ꝙ vbū Damaſ. intelligēdū eſt q̄tū ad ſpēs: qbus corp⁹ xpi diuinitati vnitū modo ineffabili coniungit. Hec ille. Et hec de qōne ſufficiant: de q̄ bñdict⁹ de⁹. Amē. ¶ Diſ. XII.

¶ Vtrū accidētia ſepata a ſuba panis ꝯuerſi in corpus xpi poſſint īmutare ſubalr aliqd extrinſecum. Qō. I.

Circa duodecimā diſtinc̄tōes 4i q̄rit. Vtrū accntia ſepata a ſuba panis ꝯuerſi in corp⁹ xpi poſſint īmutare ſubalr aliqd extrinſecū. Et arguit ꝙ nō. Nihil agit vltra ſuā ſpēm: ſed citra q̄3: q2 effect⁹ nō eſt nobilior ſua cā: ſed ſuba eſt nobilior oī accidēte. igit illa accidētia nō pñt aliquā ſubſtantiam generare.

In oppoſitum arguit: q2 iſte ſpēs hñt eādē vtutē quā hēbāt añ trāſubſtātionē: q2 nihil eſt eis ablatū ſed additū: ſ3 añ tranſubſtātionē poterāt aliqd ſubaliter īmutare. ergo ⁊ poſt.

In hac qōne erūt tres articuli. In p° ponēt ꝯnes. In 2° dubones. In 3° ſolones.

Quantū ad p̄m articl'3 ſit p° ꝯ. In ſacro eucha⁹ remanēt accntia pāis ſine ſubo qd ſit ſubſtantia: ⁊ aliqd accns ſine q̄cūq3 ſubto. Hāc ponit ſcūs Tho. pñti diſ. q. i. arti. p°. q. 3. vbi ſic dic. (Quidā dixerūt ꝙ ſi ſuba panis ſil' remanet ſub ſacro cu3 corpe xpi: ⁊ ſm h accntia nō eēnt in h ſacro ſine ſubto: ſ3 hec opio in ꝑcedēti diſtictione ipugnata ē ⁊ iprobata. Alia opio eſt ꝙ remanet ibi for⁹ ſubalis: ⁊ in ea fūdant oia accntia q̄ ibi apparēt: ſ3 nō min⁹ difficile ē mālē formā ſubalē a mā ſepare q̄3 accntia a ſubtis. Et ꝑterea q̄titas nō reſpicit formā niſi rōne māe. vñ forē īmāles dimēſionib⁹ carēt: ⁊ iō cū alia accntia mediāte q̄titate referāt ad ſubam: nō poterit forē ſine mā exiſtere accidentiū In ſacro euchariſtie accidētia nō ſunt ſubiectiue in forma ſubſtātialis panis.

ſenſibiliū

ſenſibiliū eſſe ſubm:⁊ hoc etiā dicit Boetius 3° libro
de trinitate:ꝙ forma ſimplex ſubm eſſe nō pōt. Et iō
aliꝗ dixerūt ꝙ accñtia illa fundant in aere:ſicut in ſu-
biecto. Sed hoc oīo ſtare nō pōt. Cōſtat enī ꝙ an̄ trā-
ſubſtātionē ſub dimēſionibus panis nō erat aer. ḡ ſi cō-
uerſione facta ſit ibi aer:opꝫ ꝙ aer ſubintrauerit ꝑ mo-
tū localē dimēſiones illas:ſed iſte motus nō percipit:
⁊ ꝑterea icōueniēs eſt ꝙ ſubm moueat motu locali ad
accidens:⁊ ꝙ accidens trāſeat de ſubiecto in ſubiectū.
Probatū etiā eſt a phis ꝙ corpus nāle ⁊ corpꝰ mathe-
maticū nō pñt eē ſil. vñ cū ille dimēſiones q̄ fuerunt
panis ſint qōdā corpus nō nāle:ſꝫ mathematicū:nō po-
terit aer cū illis dimēſionibꝰ ſil eē:nec poterit eē ſubm
eaꝝ:qꝛ hꝫ ꝓprias dimēſiones aer. Cū ḡ oēs dimēſiōes
ſint eiuſdē ſpēi in q̄cūqꝫ mā ſint:qꝛ mā nō itrat i diffō
nē cōem eaꝝ. ſi dimēſiones iteꝝ panis ſint in aere ſicut
in ſubto:ſeqꝛ ꝙ duo accñtia eiuſdē ſpēi ſint in eodem
ſubto:qd̄ eſt ɔ̄dictoria eē ſil:qꝛ accñtiū eiuſdē ſpēi nūe-
ratio nō eſt niſi ex ſubto:vñ ſi ſubm ſit vnū:ſeqꝛ illa
accñtia eē plā:⁊ nō plura. Cōſtat etiā ꝙ aer nō ē ſuſce-
ptiuꝰ taliū accñtiū .ſ. diuitiei figure determinate:⁊ alio-
rū hꝫque ibi apparēt. Et ideo dōm ꝙ accñtia ſunt ibi
ſine ſubiecto:nō eniꝫ pōt dici ꝙ ſint in corpe xpi ſicut
in ſubto. ¶ Sciendū aūt ꝙ ſuba corpalis hꝫ ꝙ ſit ſu-
biectū accñtiū ex nā ſua:cui ineſt primo ſubyci alteri.
Prīa diſpō māe eſt quātitas. Pria aūt diſpō māe eſt quātitas:qꝛ ſm ipſam attēdit
diuiſio eius ⁊ indiuiſio:⁊ ita vnitas ⁊ multitudo q̄ ſunt
pma ɔ̄tria ens:⁊ ꝑꝑ h̄ ſunt diſpōnes totiꝰ māe:nō huiꝰ
aut illiꝰ tm̄. Un̄ oīa alia accñtia mediāte quātitate in
ſuba fundāt:⁊ quātitas eſt pºr eis nāliter:⁊ iō nō clau-
Tex.cō.39. dit mām ſenſibilē in rōne ſua:ꝗ̄mus claudat mām itel-
ligibilē:vt dr in 7° meta. vñ ex hoc gdā decepti fuerūt
vt crederēt dimēſiones eē ſubam reꝝ ſenſibiliū:qꝛ re-
motis q̄litatibus nihil ſenſibile remanere videbāt niſi
quātitatē:que tn̄ ſm eē ſuū depēdet a ſuba:ſicut ⁊ alia
accñtia. Uirtute aūt diua ɔ̄fert dimēſiōibꝰ q̄ fuerunt
panis:vt ſine ſubto ſubſiſtant in hoc ſacro:qd̄ eſt pma
ꝓprietas ſube:⁊ ꝑ ɔ̄ñs dat eis vt ſuſtineāt alia accñtia
ſicut ⁊ ſuſtinebāt:qn̄ ſuba eis ſuberat:⁊ ſic alia accñtia
ſunt in dimēſionibus ſicut in ſubto:ipe vo dimēſiones
ſunt ſine ſubto.) Hec ille. Eādē ɔ̄nē ponit 3° pte.q.77.
arti.pº ⁊ 2°.nā arti.pº ꝓbat pmā ptē ɔ̄nis dicēs.(Accidē-
tia panis ⁊ vini q̄ ſenſu dephendūt in hoc ſacro rema-
nere:nō ſunt poſt ɔ̄ſecrationē ſicut in ſubto in ſuba pa-
nis ⁊ vini q̄ nō remanēt:vt ſupra dictū eſt:nec etiā in
forma ſubali q̄ nō remanet:⁊ ſi remaneret ſubm eē nō
poſſet:vt pꝫ ꝑ Boetiū 3° libro de trinitate. Manifeſtū
eſt etiā ꝙ hꝰ accñtia nō ſūt in ſuba corpis ⁊ ſanguinis
xpi:ſicut in ſubto:qꝛ ſuba humani corpis nullo mō pōt
his accñtibus affici:neqꝫ etiā eſt poſe ꝙ corpus xpi glo-
rioſuꝫ ipaſſibile exñs alteret ad ſuſcipiēdū huiꝰ q̄lita-
tes. Dicūt aūt gdā ꝙ ſunt ſicut in ſubiecto in aere circum-
ſtante. Sed nec hoc eē pōt. Primo quidē:qꝛ aer nō eſt
hꝰ accñtiū ſuſceptiuus. 2° qꝛ hꝰ accñtia nō ſunt vbi ē
aer:q̄ imo ad motū haꝝ ſpēꝝ aer depellit. 3° qꝛ acci-
dētia nō tranſeūt de ſubto in ſubm. vt ſcꝫ idē nuō ſit
qd̄ pmo fuit in vno ſubto poſtmodū in alio. Accñs enī
numerū accipit a ſubiecto. vñ nō pōt eſſe ꝙ idē nume-
ro manens ſit qñqꝫ in hoc qñqꝫ in alio ſubiecto. 4° qꝛ
cū aer nō ſpolietur accñtibus ꝓprijs ſil hēret ꝓpria acci-
dentia ⁊ aliena:nec pōt dici ꝙ hoc fiat miraculoſe vir-
tute ɔ̄ſecrationis:qꝛ vba ɔ̄ſecrationis hoc nō ſignificāt:q̄
tn̄ nō efficiūt niſi ſignatū:⁊ ideo relinquit ꝙ accñtia
in hoc ſacro manēt ſine ſubiecto:qd̄ gdē diua vtute fie-
ri pōt. Cū enī effectꝰ magis depēdeat a cā pma q̄ a cā
ſcda.pōt deus q est pma cā ſube ⁊ accñtis ꝑ ſuā īfinitā
vtutē ɔ̄ſeruare in eē accidēs ſubtracta ſuba ꝑ quā con-
ſeruabat in eſſe:ſicut ꝑ cāꝫ primā:ſicut etiā alios effe-
ctus nāliū cāꝝ pōt ꝓducere ſine nālibus cauſis:ſicut cor-
pus humanū formauit in vtero vginis ſine virili ſemi-
ne.) Hec ille. Ex qbus pꝫ pma pars ɔ̄nis.ſcꝫ ꝙ nulluꝫ
tale accñs panis ſit in aliq̄ ſuba ſubiectiue. Pro 2ª pte
ɔ̄nis dicit ſic in ſequēti articulo.ſcꝫ 2°.(Nec ē dicere
Alia accñtia ſunt in quātitate dimenſiua ſicut in ſbo. alia accñtia que remanēt in hoc ſacro eē ſicut in ſubto
in quātitate dimēſiua panis ⁊ vini remanēte. Primo
quidē ꝑ hoc ꝙ ad ſenſuꝫ appet aliqd̄ quātū eē ibi colo-
ratū:⁊ alijs accñtibus affectū:nec in talibꝰ ſenſus deci-
pit. 2° qꝛ pma diſpoſitio māe eſt q̄titas dimēſiua. vñ
⁊ Plato poſuit pmas drīas māe magnū ⁊ pūū:⁊ qꝛ pm
ſubm eſt mā:ɔ̄ñs eſt ꝙ oīa alia accidētia referant ad
ſubam mediāte q̄titate dimēſiua:ſicut ⁊ primū ſubm
coloris dr eē ſupficies:rōne cuius gdā poſuerūt dimen-
Tex.3.ſi.e 13. ſiones eē ſubas corpoꝝ:vt dr 3° meta. ⁊ quia ſubtracta
ſuba remanēt accñtia ſm eſſe qd̄ prius habebant:ɔ̄ñs
eſt ꝙ oīa accñtia remaneāt fundata ſup q̄titatē dimē-
ſiuā. 3° qꝛ cū ſubm ſit pnm̄ indiuiduationis accñtiū:⁊ pꝫ
illud qd̄ ponit aliquoꝝ accñtiū eē ſubm:eē aliquo mō
indiuiduationis pnm̄. Eſt aūt de rōne indiuidui ꝙ non
poſſit eē in pluribus:qd̄ gdē ɔ̄tingit dupl̄r. vno modo
qꝛ nō eſt natū eē in aliquo:⁊ hoc mō forme imāles ſe-
parate ꝑ ſe ſubſiſtentes ſunt ēt ꝑ ſeipſas īdiuidue. Alio
modo ex eo ꝙ forma ſubalis vel accñtalis eſt gdē na-
ta in aliquo eē:nō tn̄ in plibus:ſicut hec albedo que eſt
in hoc corpe. Q̄tū ḡ ad pmū mā eſt idiuiduationis pn-
cipiū oībus formis ihērētibus:qꝛ cū hꝰ forme quātū
eſt de ſe ſint nate in aliquo eē ſicut in ſubto:ex quo ali-
qua earū recipit in mā que nō eſt in alio:nec ipſa forma
ſic exiſtēs pōt in alio eſſe. Quantū aūt ad ſcdm dōꝫ eſt
ꝙ indiuiduationis pnm̄ eſt quātitas dimēſiua:ex h̄ enī
aliqd natū eſt eē in vno ſolo ꝙ illud eſt indiuiſum in
ſe ⁊ diuiſuꝫ ab oībus alijs:diuiſio aūt accidit ſube rōne
Tex.cō 15. q̄titatis:vt dr pº phyſicoꝝ:⁊ ideo ipa q̄titas dimēſiua
eſt quoddā indiuiduationis pnm̄ formis:inquātū ſilicꝫ
diuerſe forme numero ſūt in diuerſis ptibus māe. vñ
ipſa q̄titas dimēſiua ſm ſe hꝫ quādā diuiſionē ⁊ indi-
uiduationē:ita ꝙ poſſumus imaginari plures lineas
eiuſdē ſpēi differentes poſitione:que cadit in rōne quā-
titatis huius. Cōuenit enī dimēſioni ꝙ ſit quātitas po-
ſitionē hñs. ⁊ iō potius quātitas dimēſiua pōt eē ſubꝫ
alioꝝ accñtiū q̄ eꝫ.) Hec ille. Silia dixit 4° ɔ̄ gētiles
caº.65. Et 9° quolibꝫ.q.5. Ex quibus pñt formari rōnes
ꝓ vtraqꝫ pte ɔ̄nis. Pro pº gdē:qꝛ ſi accñtia panis eēnt
facta ɔ̄uerſione in aliqua ſuba:aut illa eſſet ſuba panis
aut ſuba corpis xpi:aut aliq̄ alia:ſed nullū hoꝝ dici po-
teſt. ergo nullum tale accidens eſt ſubiectiue in aliqua
ſubſtātia. Sed pro ſcda pte ɔ̄clōnis arguit ſic. Omnis
qualitas extenſa ⁊ diuiſibilis:⁊ mouens ſenſum eſt ſu-
biectiue in quātitate:ſed q̄litates eucharīſtie ſunt hꝰ.
ergo ⁊c. ¶ Scda ɔ̄clo. Predicta accidētia poſſūt imu-
tare ſubſtātialiter aliqd extrinſecum. Hanc ponit ſan-
ctus Tho. tertia parte. vbi ſupra articulo 3° dicēs.(Qꝛ
vnūqdqꝫ agit inquantum eſt actu ens:ɔ̄ſequens eſt ꝙ
vnūquodqꝫ ſicut ſe habet ad eſſe:ita ſe habꝫ ad agere.
Quia ergo ſacrālibus ſpeciebus datū eſt diuina vtute
vt remaneant in ſuo eſſe qd̄ habebāt ſuba panis ⁊ vini
exiſtēte:ɔ̄ñs eſt ꝙ etiā remaneant in ſuo agere:⁊ ideo
oēm actionē quā poterant agere ſuba panis ⁊ vini exi-
ſtēte:pñt etiā agere ſuba panis ⁊ vini trāſeunte in corpꝰ
⁊ ſanguinē xpi. vñ nō eſt dubiū ꝙ pñt imutare exterio-
ra corpa.) Hec ille. Itē ibidē in ſol. tertij argumēti ſic

dicit.(Immutatio que ē ad formā ſubalē nō fit a for‑
ma ſubali imediate:ſʒ mediātib⁹ q̄litatibus activis ⁊
paſſiuis que agunt in v̄tute forme ſubalis. Hec autem
v̄tus inſtr̄alis ꝯſeruať in ſpēb⁹ ſacr̄alibus diña v̄tute:ſi
cut ⁊ ꝑus erat:⁊ iō pn̄t agere ad formā ſubalē inſtr̄alr:
ꝑ quē modū aliqd pōt agere vltra ſuā ſpēm:nō q̄ſi v̄tu
te ꝓpⁱa.ſʒ v̄tute pn̄ⁱᵖ agentis.) Hec ille. Itē 4° ſen.diſ.
12.q.i.arti.2° in ſolone pme.q.ſic dicit.(Agere non eſt
niſi rei ꝑ ſe ſubſiſtentis:⁊ iō neqʒ mā̄ agit:neqʒ forma:
ſed cōpoſitū:qḋ tn̄ nō pōt agere rōne mā̄e:ſed rōne for
me:que eſt actus ⁊ actionis pn̄ᵐ:⁊ q2 quātitas ſe tenet
ex pte mā̄e:q̄litas ex pte forme:iō quātitas nō agit niſi
mediate q̄litate:que eſt ꝑ ſe actōis pn̄ᵐ.vn̄ q̄litates ſūt
ſenſibiles ꝑ ſe ꝓ:q̄titates ſcḋo. Q2 g̃ i ſacr̄o q̄litates re
tinēt eūdē modū eēndi quē hēbant manēte ſuba pa‑
nis:iō hn̄t eundē modū agēdi:vt imutēt ⁊ agāt nālr̄:ſi
cut prius.quātitatis eni ē aliū modū eſſendi hʒ:q2 nō
eſt in ſubto:nō ē agere niſi mediāte q̄litate.) Hec ille.
Itē in ſolone ſcḋe q̄ſtiūcule ſic dicit.(In actionib⁹ nā
libus forme ſubales nō ſūt imediatū ⁊ ꝓximū actiōis
pn̄ᵐ:ſʒ agunt mediātib⁹ q̄litatib⁹ actiuis ⁊ paſſiuis ſicſ
ꝓpꝛijs inſtr̄is:vt dr̄ ſcḋo de aīa ꝙ calor nālis eſt q̄ aīa
agit:⁊ iō q̄litates nō ſolū agunt in v̄tute ꝓpꝛia:ſed etiā
in v̄tute forme ſubalis.vn̄ eaꝝ actio nō ſolū terminať
ad formā accn̄talē:ſʒ ēt ad formā ſubalē:⁊ ꝑꝑ hoc gña
tio eſt termin⁹ alterationis. Hui⁹ aūt v̄tutē inſtr̄ale re
cipiūt eo ipſo:quo a ꝓncipijs eēntialib⁹ cāne. Vn̄ ſicut
remotis ſubſtātijs remanet accn̄tibus idē eē ſm ſpēm
v̄tute diña:ita ēt remanet eis eadē v̄tus que ꝑus:⁊ ideo
ſicut añ poterāt imutare ad formā ſubalē:ita ⁊ nūc.)
Hec ille. Sile ponit 4° ꝯ gētiles ca.66.⁊ m̄ltis alijs lo
cis. Ex qb⁹ pōt formari talis rō pro ꝯne. Vbicūqʒ ma‑
net idē ⁊ ſm idē eſſe pn̄ᵐ actionis:ibi pōt eſſe actio ad
eūdē terminū:ſʒ in eucharíſtia manet idē ſm eēntiaꝫ:
⁊ ſm eē pn̄ᵐ actionis ꝓductiue ſube qḋ erat prius.g̃ ab
illo pōt ꝓcedere eadē actio ad eūdē terminū. (3° ꝯ.
Predicta accn̄tia pn̄t corrūpi:⁊ ex eis ſic corruptis pōt
gn̄ari ſuba. Hāc ponit ſcūs Tho.3° pte.q.77.arti.4° ⁊
5°. Nā arti.4° ſic dicit.(Corruptio eſt motus de eſſe in
non eſſe. Dictū eſt aūt ſupra ꝙ ſpēs ſacr̄ales idē eſſe re
tinēt qḋ prius habebat ſuba panis ⁊ vini exn̄te:⁊ iō ſicſ
eſſe hoꝝ accn̄tiū corrūpi poterat ſuba panis ⁊ vini exi‑
ſtēte.ita ēt pōt corrūpi illa ſuba abeūte. Poterāt autē
hⱥ accn̄tia ꝑus corrūpi dupl̄r.vno mō ꝑ ſe:alio mō per
accn̄s:ꝑ ſe qdē ſicut ꝑ alterationē q̄litatū ⁊ augmentū
vel diminutionē q̄titatis:nō qdē ꝑ modū augmēti vl̄
diminutionis q inuenit̃ in ſolis corporibus aīatis:q̄lia
nō ſunt ſuba panis ⁊ vini:ſʒ ꝑ dimēſionē vel diuiſionē.
Nā ſicut dr̄ 3° meta.per diuiſionē vna dimēſio corrū‑
pit̃ ⁊ fiunt due:per additionē aūt ecōtra ex duabus fit
vna:⁊ ꝑ hūc modū manifeſte pn̄t corrūpi hⱥ accn̄tia
poſt ꝯſecrationē:q2 ⁊ ipſa q̄titas dimēſiua remanens
pōt diuiſionē ⁊ additionē ſuſcipe:⁊ cū ſit ſubm qualita
tū ſenſibiliū pōt ēt eſſe ſubm alterationis eaꝝ.puta ſi
altereť color:aut ſapor panis ⁊ vini. Alio mō poterant
corrūpi ꝑ accn̄s ꝑ corruptionē ſubti:⁊ hoc mō pn̄t cor‑
rūpi etiā poſt ꝯſecrationē:q̄uis eni ſubʒ nō remaneat:
remanet tn̄ eſſe qḋ habebāt hⱥ accn̄tia in ſubiecto:qḋ
quidē eſt ꝓpꝛiū ⁊ ꝯforme ſubeꝛ:⁊ iō accn̄tia pn̄t corrū‑
pi a ꝯrio agēte:ſicut corrūpebať ſuba panis ⁊ vini:q̄ ēt
nō corrūpebať niſi ꝓcedente alteratione circa acciden
tia. Diſtinguēdū tn̄ eſt inter vtrūqʒ ꝓdictaꝝ corruptio
nū:q2 cū corpus xp̄i ⁊ ſanguis ſuccedāt in h̄ ſacr̄o ſube
panis ⁊ vini:ſi fiat talis imutatio ex pte accidētiū que
nō ſuffeciſſet ad corruptionē panis ⁊ vini:ꝑꝑ talē imu‑
tationē nō deſinit corpus ⁊ ſanguis xp̄i eſſe ſub hoc ſa‑
cramēto:ſiue fiat imutatio ex pte q̄litatis:puta cū mo
dicū imutať color:aut ſapor panis aut vini:ſiue ex pte
quātitatis:ſicut cū diuidať panis:aut vinū in tales par
tes ꝙ adhuc i eis pōt ſaluari nā panis aut vini. Si vo
fiat tāta imutatio ꝙ fuiſſet corrupta ſuba panis:aut vi
ni:nō remanet corpus ⁊ ſanguis xp̄i ſub hoc ſacr̄o. ⁊ h̄
tā ex pte q̄litatū:ſicut cū ita imutať color ⁊ ſapor: ⁊ alie
q̄litates panis ⁊ vini ꝙ nullo mō poſſet pati nā panis
⁊ vini:ſiue ex pte q̄titatis:puta ſi puluericeť panis vel
vinū:⁊ in minimas ptes diuidať:vt iā nō remaneant
ſpēs panis vl̄ vini.) Hec ille. In ſequēti vo articulo ſic
dicit.(Cū corruptio vnius ſit gn̄atio alterius:vt dr̄ pri‑ Tex.cō.17.
mo de gn̄atione:neceē eſt ꝙ ex ſpēbus ſacr̄alibus aliqd
generet:cū corrūpanť.vt dictū eſt. Nō eni ſic corrūpū
tur:vt oīno diſpereāt q̄ſi in nihilū redigant̃:ſed mani‑ Vtrū ex ſpē‑
feſte aliqd ſenſibile eis ſuccedit. Quō aūt ex eis aliqd bus ſacr̄ali‑
gn̄ari poſſit:difficile eſt videre. Manifeſtū ē eni ꝙ ex bus aliqd ge
corpe ⁊ ſanguine xp̄i que ibi veraciter ſunt:nō gn̄ať ali nerentur.
qd:cū ſint incorruptibilia. Si aūt ſuba panis ⁊ vini re‑
maneret in hoc ſacr̄o vel coꝝ mā:facile eſſet aſſignare
ꝙ ex eis gn̄ať illud ſenſibile qḋ ſuccedit:vt quidā po‑
ſuerunt:ſed hoc falſum eſt:vt ſupra habitū eſt:⁊ ideo
quidā dixerunt ꝙ ea que generanť nō fiunt ex ſpēbus
ſacr̄alibus:ſed ex aere circūſtāte:qḋ quidē multipl̄r ap
paret eſſe impoſe. Primo quidē q2 ex eo gn̄ať aliquid
qḋ ꝑus alteratū ⁊ corruptū apparet:nulla aūt alteratio
aut corruptio prius apparuit in aere circūſtante.vn̄ ex
eo v̄mes aut cineres non generanť. ſcḋo q2 nā aeris nō
eſt talis ꝙ ex eo ꝑ tales alterationes talia generenť. 3°
q2 pōt cōtingere in magna quātitate hoſtias ꝯſecratas
cōburi vel putreſieri:nec eſſet poſe tm̄ de corpore ter‑
reno ex aere gn̄ari:niſi magna:vel etiaꝫ valde ſenſibili
inſpiſſatione aeris facta. 4°.quia idē pōt accidere ſoli‑
dis corporibus circūſtantibus:puta ferro aut lapidib⁹
que integra manēt poſt ꝓdictoꝝ gn̄ationē.vn̄ hec poſi‑
tio ſtare nō pōt:q2 ꝯriať ei qḋ ad ſenſuꝫ apparet:⁊ ideo
alij dixerunt ꝙ redit panis ⁊ vinū in ipſa corruptione
ſpēꝝ:⁊ ſic ex ſuba panis ⁊ vini redeūte gn̄anť cineres
aut v̄mes:aut aliqd hⱥ:ſed iſta poſitio nō videť eē poſ‑
ſibilis. Primo q2 ſuba panis ⁊ vini ꝯuerſa eſt in corpus ⁊
ſanguinē:⁊ iō nō pōt ſuba panis vl̄ vini redire:niſi cor‑
pore:aut ſanguine xp̄i iteꝝ ꝯuerſo in ſubaꝫ panis ⁊ vi‑
ni. Qḋ eſt īpoſe:ſicut ſi aer ſit ꝯuerſus in igneꝫ non pōt
aer redire niſi iteꝝ ignis ꝯuertať in aerē. Si vo ſubſtā‑
tia panis ⁊ vini ſit annihilata nō pōt iteꝝ redire:q2 qḋ
in nihilū decidit nō redit idē nuō:niſi forte dicatur re‑
dire ꝓdicta ſuba:q2 de⁹ de nouo creat nouā ſubaꝫ loco
pme. 2° vo h̄ eē īpoſe:q2 nō eſt dare qñ ſuba panis rede
at. Manifeſtū eſt.n.ꝙ manētib⁹ ſpēb⁹ panis ⁊ vini ma
net corpus ⁊ ſanguis xp̄i:q̄ nō ſūt ſil̄ cū ſuba panis ⁊ vi
ni in h̄ ſacr̄o:vn̄ ſuba panis ⁊ vini nō pōt redire ſpēb⁹
ſacr̄alibus manētibus. Sil̄r ēt nec eis ceſſantib⁹:q2 iā
ſuba panis ⁊ vini eēt ſine ꝓpꝛijs accn̄tib⁹:qḋ eſt īpoſe,
niſi forte dicať ꝙ in ipſo vltio inſtāti corruptiōis ſpēꝝ
redit nō ſuba panis ⁊ vini:q2 illud idē inſtans eſt in q̄
primo hn̄t eſſe ſube generāte ex ſpēb⁹:ſed mā̄ panis ⁊
vini magis q̄ſi de nouo creata diceret̃:q̄ rediēs ꝓprie
loquēdo:⁊ ſm h̄ poſſet ſuſtineri ꝓdicta poſitio. Verum
q2 nō rōnabil̄r vr̄ dicī ꝙ miraculoſe aliqd accidat niſi
ex ipſa ꝯſecratiōe:ex qua nō eſt ꝙ mā̄ creeť vel redeat
meli⁹ vr̄ dōs ꝙ in ipſa ꝯſecratiōe dať quātitati dimen
ſiue ſpēꝝ panis ⁊ vini ꝙ ſit pꝛᵐ ſubʒ ſubſequētiū foꝛmaꝝ.
h̄ āt ē ꝓpꝛiū mā̄e:⁊ iō ex ꝯſeᵗⁱ dať ꝓdicte q̄titati dimē
ſiue oē illō qḋ ad māꝫ ptꝫ:⁊ iō qcqd poſſꝫ gn̄ari ex mā̄
panis

Qualitas ñ agit niſi me‑diante quali‑tate.

Tex.cō.50.

Tex.13.

Vtrū q̄s corrumpentes ſpēꝝ remanet vel non remanet corpus ⁊ ſanguis xp̄i ſub ſacr̄o.

210

panis ſi eſſet: totũ põt gñari ex predicta quantitate dimenſiua panis vel vini: nõ quidẽ nouo miraculo: ſʒ ex vi miraculi prius facti.) Hec ille. Eandẽ ꝯnẽ ponit cũ ſili pbatione. 4°. ſen. iz. diſ. q. i. artic. z° in ſolone q̃rte queſtiuncule. vbi ſic dič. (Ille ſpẽs ſicut hñt ex hoc ꝙ ſubſiſtãt ꝙ pñt agere quicqd poterãt ſubſtãtijs panis ⁊ vini exiſtentibus. ita hñt vt poſſint ꝯuerti in qcqd poterãt ꝯuerti ſubẽ p̃exiſtẽtes. qð ſic intelligi põt. Sicut enĩ dicit Cõmenta. in p̃ phy. ⁊ in libro de ſubã orbis. in mã gñabiliũ ⁊ corruptibiliũ opꝫ intelligere dimẽſiões interminatas ante aduẽtũ forme ſubalis: alš nõ poſſet intelligi diuiſio mãe vt in diuerſis ptibus mãe diuerſe forme ſubales eẽnt. Huiꝰ aũt dimẽſiones poſt aduentũ forme ſubalis accipiũt eſſe terminatũ ⁊ cõpletum. Quicqd aũt intelligit̃ in mã ante aduẽtũ forme ſubalis hoc manet idẽ nũõ in genito ⁊ in eo ex quo gñat̃: q2 remoto poſteriori: opꝫ remanere p̃us. Dimẽſiones aũt ille iterminate ſe hñt ad genus quãtitatis: ſicut mã ad genus ſube: vñ ſicut in quolibꝫ cõpleto in gñe ſube eſt accipe mãm: que eſt ens incõpletũ in gñe illo: ita in dimenſiõibus cõpletis que ſunt in hoc ſacro eſt accipere dimẽſiões icõpletas: ⁊ his mediãtibꝰ mã panis formã reciperet eiꝰ qð ex pane generaret̃: pane nõ ꝯuerſo in corpus xpi. vñ ſicut dimenſionibus illis datũ eſt vt ſubſiſtãt: ⁊ ſubſint illi eſſe qð eſt cõforme eſſe prioris ſube: ⁊ terminatiõi quãtitatis: ⁊ oĩbus alijs accidẽtibꝰ: ita etiã datur eis ꝙ poſſunt ſubeſſe alteri forme nãli: ⁊ alijs accidentibus: q2 de nã ſua nõ hñt ꝙ ſubſint tñ accidẽti: ſed ẽt forme ſubali: vt dictũ eſt: ⁊ tũc vel ex cõſequenti adueniat ẽt mã pp ꝯcomitãtiã nãlẽ forme ad mãꝫ: ſic pp ꝯcomitãtiã nãlẽ aĩe xpi ad corpꝰ erat aĩa ſub ſacro. ⁊ hoc quodãmõ redit in p̃us dictũ. vt. ſ. mã ibi de nouo fiat: vel dimẽſioni diua v̄tute dabit̃ nã mãe pp propinquitatẽ ad ipſam. vt ſic illud genitũ ſit ꝯpoſitũ ex mã ⁊ forma.) Hec ille. Sĩlis dicit 4° ꝯ gẽtiles caº. 66. Ex qbus põt formari talis rõ p ꝯne. Ex eo qð retinet oẽꝫ v̄tutẽ actiuã ⁊ paſſiuã ſube põt gñari oẽ qð poterat gñari ex tali ſuba: ſed accñtia eucharĩſtie ſunt hĩ. ḡ ⁊c. Et in hoc p̃mus articulus terminatur.

Cõtra p̃maꝫ arguit Sco. diſ. 12. q. ſcða. QUANTŨ ad zᵐ articulũ arguendũ eſt ꝯ ꝯnes. Et q̃dẽ ꝯ p̃mã arguit Scotꝰ pbãdo ꝙ alia accñtia eque pñt eẽ ſine ſubto ſicut quantitas. Primo q2 dependẽtia ad p̃mũ eſt eẽntialior ꝗ̃ ad aliqð poſterius loquẽdo de abſolutis depẽdẽtibus: ſʒ qualitas eſt forma abſoluta ſicut quãtitas. ḡ eque eẽntialr̃ vel eẽntialius depẽdet qualitas a ſuba ꝗ̃ a quãtitate. ſi ḡ põt eſſe qualitas ſine actuali depẽdẽtia ad ſubam: poterit eſſe qualitas ſine depẽdẽtia actuali ad q̃titatẽ. ⸿ z°. ſic. Abſoluto ⁊ pfectiori nõ magĩ repugnat p ſe eẽ ꝗ̃ abſoluto ipfectiori: ſed qualitas eſt forma abſoluta ſʒ tñ ⁊ pfectior ꝗ̃ quãtitas. ergo ⁊c. minor pbat̃ p̃mo q̃tuꝫ ad ſcðꝫ ptẽ: q2 q̃litas eſt p ſe p̃nᵐ agẽdi actione reali.

Utruꝫ q̃litas ſit perfectior quãtitate.

pꝫ. etiã in ꝯcedis: ſʒ quãtitas nõ. q2 nulla actio realis: vt hic loq̃mur ꝯuenit quãtitãti. z°. q2 ſm ordinẽ ſubaruꝫ attendit̃ ordo qualitatũ: ſubſtãtijs enĩ nobilioribꝰ correſpõdent q̃litates nobiliores: nõ ſic aũt corrñdet ordo quãtitatũ: nõ enĩ ſemp nobilior ſuba eſt maior quãtitate. Mãxia enĩ in gñe corporaliuꝫ: cuiꝰ ſunt elña ſunt impfectiſſima. Illud aũt videt̃ pfectius qð pportionaliter in ſua pfectione corrñdet pfectiori. 3°. q2 p q̃litates ſube pfecte ꝯſequũt̃ finẽ ſuũ: vel enĩ actus beatificus eſt qualitas: vel ſi nõ: ſaltẽ ſm oẽm opionẽ ad beatitudinẽ requirunt̃ aliq̃ue forme ſupnãles: vel aliq̃ forte que eſt qualitas: quãtitas ãt nullo mõ eſt p̃nᵐ attigẽdi finẽ ſuũ. 4°. q2 q̃titas ꝯſequit̃ ꝯpoᵐ rõne mãe: q̃litas aũt rõne forme: forma autẽ eſt ſimplr̃ pfectior ꝗ̃ mã.

Z. c. 7. ⁊ ide.

7° meta. ca. z°. Et iſtud vltimũ forte eſt rõ p̃mi ⁊ ſecũdi ⁊ tertij medij. Propter h̃ enĩ ordo q̃litatũ corrñdet ſm pfectionẽ ordini ſubarũ: ⁊ pp hoc qualitas eſt p̃nᵐ actionis realis: ⁊ ẽt ipſi ſube p̃nᵐ attingẽdi finẽ ſuum. 5°. q2 illud qð magis cõuenit cũ perfectione ſimplr̃ eſt ſimplr̃ pfectiꝰ: q̃litas aũt vtputa ſapia magis cõuenit cũ pfectiõe ſimplr̃: ſic intelligere ⁊ velle ꝗ̃ q̃titas: q2 vel eſt vna rõ fočalis diue ſapie ⁊ create ſapie q̃ eſt q̃litas: vł ſi nõ: ſaltẽ ad oẽm ppinq̃tatẽ in analogia magis eſt ppinq̃tas ſapie create ad diuaꝫ ſapiam ꝗ̃ alicuius quantitatis ad deũ: vel ad aliqd eiꝰ. vñ ſicut poſe eſt pfectionẽ ſimplr̃ eẽ in creatura. ſcꝫ cũ limitatione: qualitas: ꝗ̃ ẽ ſapia eſt pfectio ſimplr̃ hñtis eã. nulla aũt quãtitas eſt pfectio ſimplr̃: nec eſt ſicut poſe eſt creaturaꝫ hñre rõnẽ pfectionis ſimplr̃. ⸿ 3° p̃ncipalr̃. Magis vĩ repugnare accñti relatiuo ſeu reſpectiui eẽ ſine ſubo ꝗ̃ cuicũq3 abſoluto vel alteri accñti: ſed iſtud põt eẽ ſine quocũq3 ſubto. ḡ q̃cũq3 aliud. pbat̃ minor: q2 ſi repugnet ſibi: aut ḡ vĩ accñs: aut vĩ relatio: nõ vĩ accidẽs: q2 tũc repugnaret cuicũq3 accñti. Nec vĩ relo: q2 tunc repugnaret relationi diue: qð eſt falſum: q2 illa non eſt in ſubiecto. ⸿ 4°. Nã multa alia accñtia de facto ſunt ibi ſine ſubiecto. naꝫ ille ſpẽs eucharĩſtie pñt rareſieri ⁊ cõdenſari: ſed talis ꝯdenſatio vel rarefactio nullũ hꝫ ſubm. ḡ erit ibi motus rarefactionis ⁊ ꝯdenſatiõis ſine ſubiecto: maior nota eſt ad ſenſuꝫ: ſed minor pbat̃: q2 cũ ille ſpẽs cõdẽſant̃ vel rareſiunt quãtitas prior ⁊ quãtitas poſterior eſt alia ⁊ alia: ita ꝙ nihil p̃oris remanet in poſteriori: nec aliq̃ ps poſterioris p̃fuit in p̃ori. ḡ illa rarefactio nullũ hꝫ ſubm: q2 nec p̃orẽ quãtitatẽ: nec poſteriorẽ. Aſſumptũ iſtud de alietate quãtitatis pbatur. p̃mo ſic. Terminos motus opꝫ eẽ incõpoſſes ex 5° phyſicoꝝ. ḡ nihil vnius termini manet in altero: ſic incõpoſſe nõ eſt in ſuo icõpoſſi. Si etiã dicat̃ ꝙ aliq̃ quãtitas hic manet eadẽ: ſed termini mutationis ſunt magis ⁊ minus in ipſa quãtitate manente: hoc nõ valꝫ: q2 ſubm motus ⁊ terminos opꝫ realr̃ differre: ſed quantitas illa ⁊ maius ⁊ minus in quãtitate nõ dĩnt realr̃: nõ enĩ põt dici ꝙ fiat variatio ſm maius ⁊ minus gn fiat variatio ſm eẽntiã quãtitatis: cũ maius ⁊ minus non ſint niſi ipſum quãtũ eẽntialr̃. Cũ ḡ ſubm motus ſtet ſub vtroq3 termino: vnus aũt terminus nõ ſtet cũ alio opꝫ ſubm motus ab vtroq3 realr̃ differre. z° pbatur idẽ aſſumptũ ſic. Quelibꝫ pars rarioris eſt rarior. ḡ q̃libet pars rarioris eſt maior ſm q̃titatẽ ꝗ̃ p̃us. ḡ q̃libet eſt quãta noua quãtitate. Si dicas ꝙ nõ ſeq̃t̃ oĩno noua q̃titas: ſed noua ſm ptẽ tñ. Cõtra. q2 ſi aliqd p̃oris quãtitatis maneat. q̃ro in quo ſubto: nõ niſi eodẽ i quo p̃us: q2 accñs nõ migrat. igit̃ illud qð prius fuit q̃tum hac q̃titate: nõ erit quãtũ eadẽ. ḡ nõ põt eẽ quãtũ: nec ſm ſe totũ: nec ſm partẽ aliq̃ noua quãtitate niſi ideꝫ ſit ſil̃ q̃tũ duabus quãtitatibus: qð eſt ipoſſe: vel niſi in rarefactiõe ſit aggeneratio nouaꝝ ptiũ ſube ſub noua quãtitate: ⁊ additio quãtaꝝ ad quãtas p̃exiſtẽtes ſit rarefactio: ſed hoc nihil eſt: q2 tũc nõ q̃libꝫ pars rarioris eſſet rarior: illa enĩ pars antiqua nõ eſſet rarior formaliter per h̃ ꝙ ſibi ꝯtinuaret̃ alia ps noua. igit̃ ⁊c. Cõfirmat̃ ſic argᵐ. Sicut quãtitas diuina v̄tute habꝫ eſſe in eucharĩſtia ſine ſubiecto: ita habꝫ oĩa que ſibi ꝯuenire poſſunt in ſubo eadẽ diuina v̄tute: ſʒ quãtitas ꝯiuncta ſubto rareſit ⁊ ꝯdenſat̃: nec tñ ipſa eſt ſubm illiꝰ motꝰ. ḡ ⁊ in pppoſito cũ eſt ſepata ipſa rareſit ⁊ ꝯdẽſat̃ ſine h̃ ꝙ ſit ſubm motus. Itẽ q2 illa fractio ⁊ diuiſio ſpẽꝝ eſt motꝰ ⁊c. tñ nõ hꝫ ſubm. ⁊ idẽ dicit̃ de appoſitiõe. igit̃ ⁊c.

Uez aliquod accñs relatiuum poſſit p ſe eẽ ſine ſubiecto.

Tex. cõ. 26.

Arguit ſcḋo loco ꝯ eādē. Tex.cō. 14. ❡ Ulterius arguit ꝙ in eucbariſtia quātitas non ſit ſu
biectū alioꝝ accidentiū. Primo qꝛ ſm pħm 4° meta.
accidēs nō accidit accidēti: niſi qꝛ ambo accidūt eidē
ſubto: nihil enī hoc illi magis ineſt ꝗ̄ illud huic. ❡ 2°.
Quia ſicut ſube ꝯuenit ꝑ ſe eſſe: ita accidenti conuenit
inherere. ergo ſicut repugnat ſube inherere: ita accidenti ꝑ
ſe eē vel ſubſtare. ❡ 3°. Quia nullū depēdēs terminat
dependētiā eiuſdē rōnis: ſꝫ oē accn̄s depēdet dependē
tia ad ſubm. ergo nullū accn̄s terminat hāc dependētiaꝫ.
Cōtra eādē ꝯnē arguit Aur. ❡ Cōtra eādē ꝯnē arguit Aureolus ꝓbādo ꝙ modus q̄
ponit̄ accidēs in eucbariſtia ſeparī a ſubiecto nō ſit cō
ueniēs. ſcꝫ ꝙ det̄ accn̄ti ſubſiſtere ꝛ modus eēndi ſube
ꝛ entis cōpleti: qꝛ ꝯdictio eſt ꝙ aliq̄ v̄tute vnum genus
trāſmutet̄ in aliud vel ſpēs in ſpēm: vt ꝙ qualitas fiat
quātitas: vel hō fiat equus: rō eſt: qꝛ hoc repugnat ꝑ ſe
in ṗmo mō. Sequit̄ enī ex hoc eādē rē eē ꝛ nō eſſe. ſed
eēntia accn̄tis ſm genus ſuū cōſiſtit in eſſe reꝫ itermi
nabilē intrinſece ꝑ ſua ṗn°: ſꝫ oino per extrinſecū. puta
per ſubm: ſicut eſſe linee ꝯſiſtit in eſſe rē interminataꝫ
intrinſece. eſſe aūt terminatā extrinſece. ſcꝫ ꝑ puncta.
ergo impoſſe eſt ꝙ h̄ mō accidētia fiāt entia termina
ta ꝛ itegra. Tūc enī genus accidētis mutaret̄ in ſubaꝫ:
cui ſoli ꝯuenit intrinſece ſm genus ſuū eē eēntiā inte
grā ꝛ terminatā. ❡ 2° arguit ꝙ quātitas nō ſit ibi ſine
ſubiecto pluſꝗ̄ q̄litas: qꝛ quātitas nō eſt aliqd hn̄s par
tes: ſed eſt ꝑtibilitas ipſa formalis qua hn̄s ptes eſt for
malr̄ ꝑtibile: ſed ꝯſtat ꝙ ꝑtibilitas eſt ſubiectiue in eo
qḋ hꝫ ptes formalr̄: cui° ſunt q̄litates remanētes in eu
chariſtia. ergo quātitas eſt ſubtiue in illis q̄litatib°. Aſſū
ptū ꝓbat̄: qꝛ res eſt ꝑtibilis ꝑ quātitatē. Tūc q̄ro. aut
illa ꝑtibilitas eſt ipſamet quātitas: aut eſt aliqd aliud
ſimpſiꝫ a quātitate. ſi det̄ ṗmū hr̄ ꝓpoᵐ. ſi det̄ 2ᵐ. Cō
tra: qꝛ tunc poſſeꝫ intelligere ſubam ꝑtibilē ſine quāti
tate: ꝛ poſſet deus facere eā ſub illo mō derelicto nō fa
ciendo eā ſub quātitate. Silr̄ tunc cauſalitas eius eſſet
cauſalitas efficiētis: ꝛ nō forme. igit̄ opꝫ dare ṗmū mo
dū ꝙ quātitas ſit ipſamet ꝑtibilitas ptiū. ❡ Cōfirma
tur ꝙ aliter nō pōt vitari gn plures dimēſiones eſſent
ſil. Nā cū dimēſio imediate ꝯſequat̄ ptes. ſi ptes ligni
vel alterius ſube: aut accn̄tis quāti ſint diuiſe a ꝑtibus
quātitatis: necio alie erūt diuiſiones ſube vel qualita
tis: ꝛ alie diuiſiones quātitatis. ſi enī illud qḋ ſubſter
nit̄ q̄titati hr̄et ptē ꝛ ptē corrñdentē ꝑtibus quātitatis
ſubſtratā: tūc diuerſe realitates hoc mō haberēt aliam
ꝛ aliā ꝑtibilitatē qꝛ multiplicato effectu formali multi
plicat̄ formalis rō illi° effect°: ꝛ tūc haberēt necio aliā
Idē ſcḋo loco ꝯ eād. m. ꝛ aliā diuiſionē. ❡ Ulteri° arguit ꝙ de° poſſet oē acci
dēs quātūcūqꝫ ſit modice entitatis a ſubto ſepare. Pri
mo qꝛ illud qḋ nō implicat ꝯdictionē in ṗmo mō dicē
di per ſe: eſt deo poſſe: ſed accn̄s eſſe: ꝛ ſubm non eſſe nō
eſt repugnātia per ſe in ṗmo mō: qꝛ repugnātia in prio
mō eſt affirmatio ꝛ negatio vnius ꝛ eiuſdē: mō ſi dica
tur accn̄s eſt: ꝛ ſubm nō eſt. licꝫ ꝑdicatū ſit idē: tn̄ ſubꝫ
nō eſt idē ꝑ ſimplicē indiuiſionē. ❡ 2°. Qꝛ deus pt ma
nutenere quācūqꝫ realitatē in ſuo eſſe. Tūc ſic: qn̄ due
realitates ſic ſe hn̄t ꝙ vna nō eſt alia: licꝫ fundēt eādē
indiuiſionē pōt de° manutenere vnā illaꝝ nō manute
nēdo aliā: nec indiuiſionē illaꝝ. ❡ 3°. Quia plus poteſt
deus ꝑ ſuā potētiā facere ꝗ̄ itellꝰ arguere vel intueri.
Nō eſt: qꝛ multa deo poſſia ſunt que nō pōt intellectus
nr̄ intueri. ſicut pꝫ de vnione ad v̄bū. ſed licꝫ intellꝰ nr̄
nō poſſit intuitiue appḋdere accidēs nō apprehēdēdo
ſubm: tn̄ argūtiue pōt a poſteriori cognoſcere ꝙ vna
re a nō eſt alia ꝑꝑ trāſmutationē: qꝛ contingit ſubm de
vno in aliud trāſmutari: ꝛ tunc intellꝰ pōt arguere ꝙ
quācūqꝫ duo ſic ſe hn̄t ꝙ vnū pōt manere alio nō ma
nente: illa nō ſunt eadē: ꝛ ideo nō eſt ꝯdictio ꝙ vnum
intelligat̄ nō itellecto alio: ſed ſic eſt de accn̄te ꝛ ſubto.
igit̄ ꝛc.) Dec ille. ❡ Contra ſcḋaꝫ ꝯnē arguit Scotus Cōtra ſcḋaꝫ Arguit Scotus diſ.12.q.3 Dico ꝗ̄ ꝛc.
ꝓbādo ꝙ in actionib° nālibus imediatū ṗnᵐ actiōis
nō ſemꝑ ſit accn̄s. Prio. qꝛ nihil agit vltra ſuā ſpēꝫ: ſꝫ
terminus actionis nālis eſt q̄nqꝫ ſuba. igit̄ accn̄s nō ē
imediatū ṗnᵐ actionis ꝑducte. Si dicas ꝙ veꝝ eſt v̄tu
te ꝓpria: ſed v̄tute alteri°: cui° eſt inſtr̄m aliqd hn̄ poſ
ſet agere vltra ſuā ſpēꝫ: ſicut ſi ſerra agat ad formā ſcā
ni. Cōtra. qꝛ nihil eſt iſtr̄ꝫ alicuius cāe niſi ſupioris cāe
in genere cāe efficiētis. ergo ſi accidēs cōiunctū eſt inſtr̄ꝫ
ſuba erit ſupius agens: ſed ſupius agēs ṗus nālr̄ agit: ꝛ
ſi eſt nāle agit qcqd pōt. ergo ſuba in illo ṗori nā: in eodeꝫ
tn̄ inſtāti tpis: in quo accn̄s agit vt inſtr̄m eius: ſuba ꝑ
ducit terminū tn̄ quātū ꝑducere pōt: ſed pōt ꝑducere
totā ſubam: qꝛ ꝑfectio ſube ꝑducte nō excedit ꝑfectio
nē ſube ꝑducētis. ergo in ſcḋo inſtāti nāe accn̄s nō pro
ducit ſubam: vel eadē ſuba bis ꝑducet̄. ergo ꝛc. ❡ 2°. Qꝛ
ois po° mere paſſiua eſt ꝯdictionis. 9° meta. ſuba autē Tex.cō.17.
nō eſt in po° ꝯdictionis ad ꝓpriā paſſionē. ergo hꝫ aliā cāli
tatē re° eius a cālitate māe: nō aūt niſi efficiētis: ꝙ nō
formalis pꝫ de ſe. de fine aūt nō eſt ſermo hic. Unde vi
det̄ ꝙ opꝫ te iſtud cōcedere ſm dicta tua. dicis enī po
tentias fluere ab eēntia aīe. Et hic dicis ꝙ accn̄s habꝫ
v̄tutē inſtr̄alē: qꝛ cāt̄ a ṗncipijs eēntialibus aīe vl̄ ſub
ſtātie. Iſta aūt nō pn̄t itelligi tn̄ mō paſſiue pro ſubto
receptiuo. ❡ 3°. Si accn̄s ꝑducit̄ ꝛ ꝑ aliqḋ ṗnᵐ imedia
tū ꝑductiuū qḋ eſt ꝑ ſe accn̄s: ſeq̄t̄ ꝓceſſus in infinituꝫ
nō loquēdo de ifinitate accn̄tali. ſcꝫ gn̄antiū in eadeꝫ
ſpē: de q̄ loquunt̄ pħi: quero ordinē eēntialē in iſtis ac
cidentibus. Ubicūqꝫ enī eſt ordo accn̄talis in generan
tibus opꝫ dare extra illū ordinē aliquā cām eſſentialr̄
ꝑfectiorē. ergo reſpectu accidentiū ſingulariū in ſpecie
caloris damus cauſam ꝓximam eſſentialr̄ ordinataꝫ
ad totam illam ſpeciem. Eodē modo arguā de indiui
duis illius ſpeciei: ꝛ nō eſt procedere infinitū in ordine
eſſentiali. ergo ſtabit ad aliquaꝫ ſpēm accn̄tis que erit
cāta: ꝛ nō ab aliquo accn̄te: ſꝫ imediate a ſuba: ꝛ ꝑ ꝯn̄s
ſuba hēbit rōnē ṗncipij actiui imediate re° accidentis.
❡ Cōfirmat̄ ꝑ pħm 7° meta. caplo 9°. in fine vbi dicit Tex.cō.31.
pħs ꝙ ꝓpriū ſube ex his accipe eſt ꝙ nece eſt ꝑexiſter̄
aliquā aliā ſubam actu exiſteꝫ que facit vt aīal: ſit aīal
quale vero ꝛ quantū nō neceſſario niſi ptāte ſolū actu
ꝑexiſtere que producat: ſed ad hoc ꝙ quantuꝫ ꝛ quale
producant̄ nō opꝫ aliqḋ quantuꝫ vel quale ꝑexiſtere.
niſi in po° tn̄. ergo aliqd qḋ nō eſt quantū vel quale actu
pōt eē ṗnᵐ ꝑductiuū mediatū quāti vl̄ qualis. Itē. 4° Tex.cō. vlti.
metheoroꝝ dicit ꝙ ſingulā eſt illud qḋ eſt dū pōt in ꝑ
priaꝫ operationē: ꝛ ſile habetur a Damaſ. ca°. 6°. Et licꝫ
iſte auctoritates habeāt inſtātiā in entib° imperfectis
tn̄ videt̄ valde icōueniēs ꝙ ens ꝑfectū ſm genus iter
creata careat actione: ita ꝙ forma eius non poſſit eſſe
imediatū ṗncipiū proximū ꝑductiuū alicuius actōis.
❡ Quinto arguit̄ ſic ſm vnū ṗncipiū tuuꝫ: qꝛ illa for
ma eſt principium agendi: in qua generans ꝛ genitum
aſſimilant̄: ſed genitum aſſimilat̄ principalr̄ generan
ti in forma ſubali: ſm quid aūt in accn̄tibus. ſi in illis
aſſimilat̄. Nec pōt euadi dicēdo: ꝙ iſta cōcludunt for
mā ſubalē eē ṗnᵐ agendi: ſed remotū tā reſpectu ſube
ꝗ̄ reſpectu accidētis: de quibus procedūt rōnes. Hoc nō
ſufficit: qꝛ nullus negat in deo eē aliquā formā: que ſit
ꝓximū ṗnᵐ agendi: nō ꝙ deus ſine cauſis intermedijs
intrinſecis agat: ſꝫ qꝛ in ſuo ordine cauſandi ꝑ nihil in
termediū vltra formā ſuam agit. Ita eſt in propoſito
qḋ eſt

ſine actuali motu liberi arbitrij. Itẽ qꝛ cum ſacr̃ʒ pñie aliquã nouã diſpõnẽ efficiat qñ nõ ponit̃ obſtaculuʒ. nõ aũt efficit illã q̃ eſt actus liberi arbitrij pprie loq̃ndo vt oñſum eſt: oʒ q̧ efficiat aliã: ⁊ illa ẽ ornat⁹. Rurſus qꝛ vt alias viſũ fuit ſacr̃m pñie in ficte accedẽte hʒ effectũ recedẽte fictiõe ſm eũ: qð eẽ nõ poſſet niſi aliquẽ effectũ poſt ſe reliq̃ſſet aliũ ab actu liberi arbitrij. Et ex m̃ltis alijs pʒ q̧ illa fuit mens ei⁹. Diſcurrẽdo g̃ p argᵐ Pe. dr̃ q̧ p̄ᵐ argᵐ iplicat aliq̃ falſa vel dubia: quoꝝ p̄mũ eſt q̧ alicui adulto ſufficiẽter diſpoſito p actũ ppriũ dat̃ gr̃a p ſacr̃m: ⁊ tñ p ſacr̃m effectus eſt de attrito cõtrit⁹: iõ idiget alia diſpõne p̄ter cõtritionẽ. H̃.n. vr̃ iplicare: qꝛ ſi hʒ cõtritionẽ eſt ſufficiẽter diſpoſitus p actũ ppriũ: ſi v̄o idiget alia diſpõne nõ eſt ſufficienter diſpoſit⁹: qð eſt q̄dictio. Itẽ qꝛ Durãdus ⁊ alij oppoſite ptis dicerẽt q̧ in tali caſu ſacr̃m nõ iducit nouã diſpõnẽ: ſed pficit p̄cedẽtẽ q̃ impfecta erat: ⁊ h̃ nõ alr̃ niſi intendẽdo eã ⁊ faciendo de attritiõe cõtritionẽ ſine additione alicuius ornat⁹ diſtincti ab actu 2ᵒ. liberi arbitrij: ⁊ ſic ille rõ parũ cogeret cũ iplicaret q̄dictoria. 2ᵐ ẽ q̧

Ornat⁹ ⁊ cõtritio pñie ſil cõcurrere in pnia ad p̄ᵃᵐ rẽ ſacri pñie.

tritio pfecta ⁊ ornatus nõ ſil cõcurrũt ad p̄mã reʒ ſacri pñie: ſed pñte vno illoꝝ aliũ deeſt. H̃.n. nõ oʒ: qꝛ quãto pfecti⁹ eſt ſacr̃m q̃ ad oẽm ſui ptẽ tã ex pte mãe ⁊ ſuſcipiẽtis q̃; ex pte forme miniſtri: ⁊ tãto pfectiorẽ cãt effectũ ſacralẽ. cõſtat ãt q̧ ſacr̃m pñie cui⁹ ps ẽ pfecta cõtritio pfecti⁹ ẽ. g̃ p̄m⁹ effect⁹ ſacralis erit pfectior. ſ. ornat⁹ attẽto q̧ nulla incõpoſſibilitas ẽ iter cõtritionẽ ⁊ ornatũ: ⁊ ambo ſil̃ iũcta pfectius diſponũt ad gr̃am q̃; alterũ tñ. 3ᵐ eſt q̧ ornat⁹ eſt diſpõ ad gr̃aʒ ſacralẽ: ⁊ nõ ad gr̃am gratũ faciẽtẽ. H̃.n. nõ vr̃ valere: tũ qꝛ ſic in ſacris ipmẽtib⁹ characterẽ idẽ eſt character qð gr̃a ſacralis: nec differũt niſi forte ſicut act⁹ p̄m⁹ ⁊ actus ſcðs: ſic ita vr̃ eẽ ex ſacris ipmẽtibus ornatũ: tũ qꝛ ſacra ptingũt efficaciter directe ad gr̃am ſacralẽ ſine diſpõne media tũ qꝛ gr̃a ſacralis eſt diſpõ ad gr̃am gratũ faciẽteʒ: ⁊ iõ qð diſponit ad p̄mã diſponit ad 2ᵃᵐ. Dõm g̃ q̧ ornatũ recipit tã cõtrit⁹ q̃; attrit⁹ q̃; ẽt fict⁹: dũ tñ fictio nõ euacuet eẽntiã ſacri: vt finalr̃ dicit Pe. ⁊ alias dcm̃ eſt diſ. 17. q. i. Cetera dcã Pe. in p̄ argᵐ ſtare pñt. ¶ Ad 2ᵐ dr̃ q̧ oĩa ibidẽ dcã ſtare pñt p̄ter h̃ qð vr̃ inuere: q̧ cõſimilis ornat⁹ imp̄mat̃ in oĩb⁹ ſacris nõ ipmẽtibus characterẽ. H̃ ãt falſuʒ eſt. nã ornat⁹ impſſus in ſacro pñie ſortit̃ q̃nq; effectũ in ipſa ſuſceptiõe ſacri: q̃nq; v̄o nõ tũc: ſʒ recedẽte fictiõe: vt alias dcm̃ eſt. Sec⁹ eſt de ornatu vel diſpõne impſſa in ſacro eucharíſtie: ſicut oñdit. ſ. Tho. 4ᵒ diſ. 6⁹. q. 3. arti. 2. q̃ſtiuncula 3ᵃ in ſolõne tertij argumẽti. ſi v̄o nõ ita intelligat Pe. concedit̃ qð dicit. ¶ Ad 3ᵐ dr̃ q̧ ſi arguẽs large ⁊ cõiter vocet ornatum oẽʒ diſpõnẽ ad gr̃aʒ aliã a motu liberi arbitrij: cõcedit̃ totum argᵐ: ⁊ oĩa cõtẽta in eo. Si v̄o intẽdat diſtiguere iter characterẽ ⁊ ornatũ: ⁊ velit aſtruere q̧ ſacra imprimẽtia characterẽ ſil cũ h̃ imp̄mãt aliũ ornatũ negat̃: qꝛ ipſe character eſt ſufficiẽs diſpõ ad gr̃aʒ: ſi oĩs fictio aut q̄ria idiſpõ amoueat̃ vt alias dcm̃ fuit: nec oʒ aliũ ornatũ in ſacris characteriʒãtib⁹ ponere: qꝛ ẽt ornatus nõ ita diſpõit ad gr̃am: q̧ eo poſito ſtatiʒ adſit gr̃a: nec remota fictiõe: vt pʒ ex dictis diſ. 17. ¶ Ad p̄ᵐ Durãdi q̄ eaſdẽ cõnes dr̃ q̧ ſi maior itelligat̃ de illo qð eſt res ⁊ ſacr̃m actu: ⁊ nõ ſolũ in po⁹ vel aptitudine cõcedẽda ẽ ſʒ tũc minor ad illũ ſenſũ negat̃: qꝛ pñia iterior p illa mẽſura durationis q̃ p̄cedit abſolõnẽ nõ eſt res ⁊ ſacr̃ʒ pñie in actu: ſʒ ſolũ in po⁹ vel aptitudine: ⁊ iõ nõ oʒ q̧ p̄ſupponat pñiam exteriorẽ in actu poſitã tanq̃ cãm. Dr̃ tñ q̧ nunq̃ eſt v̄a pñia iterior niſi cũ p̄ſuppoſitiõe exterioris pñie ⁊ abſolõnis quo ad itẽtionẽ ⁊ deſideriũ

ꝛ ſi nõ q̃ ad execntionẽ. Un̄. ſ. Tho. 3° pte. q. 84. art. 5. in ſolone ſcõi ſic dicit. (Ex quo aliqs petm̄ icurrit charitas fides ꝛ miſericordia nõ liberant hoiem a petõ ſine pnia. regrit. n. charitas ꝙ hõ doleat de offenſa in amicũ cõmiſſa: ꝛ ꝙ amico recõciliari ſtudeat: regrit ẽt ipa fides vt p virtutẽ paſſiõis xp̄i q̃ in ſacr̄is eccle operat̃ q̃rat iuſtificari a petis ꝛc̄.) Siᷝle dicit ptri. di. vt recitatũ eſt in pbatione z° ↄ̃nis. Cõcordat huic ſoloni Pe. dicens ꝙ ſicut lȝ in oĩ ſacr̄o ſint iſta tria. nõ tn̄ vniformiter: q2 in qbuſdã ſacr̄is illõ qõ eſt ſacr̄m tm̄ ſunt ſola v̄ba: aliq̄n res alia. Et ſilr̄ id qõ eſt res tm̄ nõ eſt vnũ in oĩb⁹ ſacr̄is: q2 in ſacr̄is ĩprimẽtibus characterẽ res ꝛ ſacramẽtũ ſeq̄t ſacr̄m nõ ſolũ in ꝓpoſito: ſȝ in ſcõ: ꝛ ſilr̄ in ſacr̄o eucbariſtie. In alijs vͦo ſeqtur vel cãtur ab eo vel actu vel ꝓpoſito ſicut h̄. vel põt dici ꝙ pnia iterior nõ eſt ſacr̄m niſi q̄n ↄ̃iũgit̃ ↄ̃feſſiõi ꝛ abſoloni a qbus hȝ ↄ̃plemẽtũ: maxime q̄n eſt attritio ꝛ fit ↄ̃tritio: q2 ſic ſeqtur exteriorẽ vt effect⁹ cãm. Hec Pe. ꝛ ↄ̃cordat cuȝ dictis ſci Tho. in pbatiõe z° ↄ̃nis. Ibidẽ ẽt dicit Pet. ꝙ ipſa iterior pnia eſt res ꝛ ſacr̄ȝ: qõ ꝓbat̃: q2 illõ qõ cãtur ꝛ ſignat̃ ab actu exteriori q eſt ſacr̄ȝ: ꝛ vlterius cãt ꝛ ſignat aliũ effectũ ꝛ p̄ncipalẽ dr̄ eẽ res ꝛ ſacr̄m. ſȝ hõ eſt pnia iterior: q2 ↄ̃ñtẽs ſignat ſe penitere: ꝛ cũ h̄ ipſa ↄ̃feſſio ꝛ abſoloͦ habita in re ꝛ in voto eſt cã act⁹ iterioris nõ ſ̄m eẽntiã: ſȝ magis ecõuerſo: ſȝ ſ̄m efficiẽtiã: q2 ab illa hȝ v̄tutẽ ſacr̄alẽ ſine q̃ nõ valeret.) Hec ille. De p̄dictis. ſ. Tho. ſ̄. quolibet. q. 10. ſic dic̃. (Sacr̄a dupl̄r opant̃. vno⁹ ſ̄m ꝙ exhibent̃ actu. alio⁹ ſ̄m ꝙ hñtur in voto: ꝛ h̄ q2 ſacr̄a opant̃ vt inſtr̄a diuine mĩe iuſtificãtis: dei aũt eſt reſpicere ad cor hoĩs ſ̄m illõ. 1. Regũ. 16. Hoies vidẽt ea q̃ patẽt: de⁹ ãt intuet̃ cor: ꝛ iõ q̃uis res nãles nõ agãt niſi pñtialr̄ adhibite: ſacr̄a tn̄ agũt ẽt ſ̄m ꝙ ſunt in voto: ſed plenius ſacr̄alẽ effectũ iducũt q̄n actu exhibent̃: ſicut pȝ in bap°. nã cathecumin⁹ ſi ſit adultus ꝛ hẽat bap̄m in voto iã ↄ̃ſecutus ẽ effectũ baptiſmi q̃tũ ad emũdationẽ a petõ: ꝛ ↄ̃ſecutionẽ gr̄e q̃ eſt proprius effect⁹ baptiſmi: ſed q̄n actu bap̄m ſuſcipit ↄ̃ſeq̄t̃ pleñus quoſdã ſacr̄ales effectus: q2 ſuſcipit characterẽȝ ꝛ remiſſionẽ totius pene: ſi g a tn̄ eẽt q nõ p̄us hr̄et baptiſmũ in voto q̃ȝ actu baptizaret̃ ſicut p̄cipue pȝ in paruulo ſilr̄ recipit p bap̄m gr̄am remittẽtẽ culpã: ꝛ oẽȝ aliũ effectũ ſacr̄i: ꝛ h̄ ẽt ↄ̃tingeret in adulto ſi ſil̄ cũ baptizatur votũ baptiſmi hr̄e inciperet: ꝛ idẽ eſt ẽt in ſacr̄o pnie qõ ↄ̃ſumat̃ in abſolone miniſtri abſoluẽtis: cũ. n. aliqs actu abſoluit̃ ↄ̃ſequit̃ pleñarie ſacr̄i effectũ: ſed ſi añq̃ȝ abſoluat̃ hẽat ſacr̄m in voto q̄n. ſ. ꝓponit ſe ſubijcere clauibus eccle: iã v̄tus clauiũ opat̃ in ipſo ꝛ ↄ̃ſeqtur remiſſionẽ culpe. Si g a tn̄ in ipſa abſolone ſacerdotis inciperet hr̄e votũ ſacr̄i: culpa ei dimitteret̃ p gr̄am q̃ iſundit̃ in h̄ ſacr̄o ſicut in alijs ſacr̄is noue legis. vñ ↄ̃tigit ꝙ aliq nõ pfecte ↄ̃triti v̄tute clauiũ gr̄am ↄ̃tritiõis ↄ̃ſequant̃ dũmõ nõ ponãt obicẽ ſpũi ſcõ: ꝛ idẽ ẽ in alijs ſacramẽtis noue legis in qb⁹ gr̄a ↄ̃fert̃. vr̄ tn̄ eẽ drĩa iter bap̄m ꝛ pniam pp̄ h̄ ꝙ ſacr̄m pnie ſp̄ exhibet̃ adultis i qb⁹ vt plurimũ ↄ̃tritio p̄cedit tpe ↄ̃feſſionẽ ꝛ abſolonẽ baptiſm⁹ ãt multotiẽs ↄ̃fert̃ pueris in qbus votũ ſacr̄i nõ p̄cedit: appereret ãt oĩo ſimile ſi ẽt baptiſm⁹ adhiberetur adultis.) Hec ille. Ex qb⁹ oĩb⁹ pȝ ꝙ illud qõ eſt res ꝛ ſacr̄m in pnia pt̄ tpe p̄cedere id qõ eſt ſacr̄m tm̄. non ꝙ ꝓ tũc ſit actualr̄ ſignatũ: cũ ꝓ tũc nõ ſit nec fuerit ſignũ: ẽ tn̄ ſignatũ aptitudine: ſȝ ãt nõ ſit ꝓ tũc ſignatũ ſenſibilr̄: pt̄ tn̄ eẽ ſignũ actu alicui⁹ poſterioris effectus ꝛ ſilr̄ p̄t eẽ actu res ꝛ effect⁹ ſacr̄i: q2 ſacr̄m nõ ſoluȝ cãt vt eſt actu appoſitũ: imo vt eſt actu deſideratuȝ: vt pȝ ex dictis. vñ arg̃m non ꝓbat niſi ꝙ deſint aliq reſpect⁹ ſigni vel ſignati. nõ ãt ꝙ deſit eius reſpect⁹ cãe vel effectus. Põt tn̄ circa h̄ dubitari: q2 cũ cã ꝛ effectus in actu ſimul ſint. z° phyſicoꝝ. mĩꝝ vr̄ ꝙ ſacr̄ȝ exterius qõ nõdũ eſt actu realr̄ ſit cã efficiẽs effectus realis in actu. p̄ſertim cũ ſacr̄m agat p virtutẽ ſibi influxã: cuius non eſt capax nõ ens: nec ens rõnis: nec act⁹ intell̄s aut volũtatis ſaltim ens: qõ nõ hȝ aliud eẽ niſi eẽ intellȝ aut deſideratũ. Sed dõm ꝙ de⁹ q eſt effectuuȝ ſacr̄aliuȝ agẽs p̄ncipale põt agere p inſtr̄m ſacr̄i ſiue illõ ſit actu in eſſe reali nãe debito: ſiue ſit in eſſe itellecto vel deſiderato. et eãdeȝ vel ſimilẽ v̄tutẽ ĩprimere ꝛ eundẽ effectũ ꝓducere. Qz ſi obijcit̃ ꝙ ſi de⁹ iſluit virtutẽ inſtr̄alem enti qõ ſolũ hȝ eẽ intell̄m vel deſideratũ: cuȝ ens intell̄m vel deſideratũ vt ſic nõ ſit aliud ab actu itell̄s aut volũtatis: vel ſi aliud addat: h̄ nõ ſit niſi ſol⁹ reſpectus rõnis vr̄ ꝙ dicere ꝙ ſacr̄m in eẽ itellecto vel deſiderato agat nõ eſt aliõ dicere niſi ꝙ illa intellectio vel deſideriũ agat: ꝛ nõ illud qõ itelligit̃ aut deſiderat̃: q̃diu nõ hȝ aliud eẽ niſi deſideratũ vel intell̄m: ſed dr̄ ꝙ ipſa itellectio vel deſideriũ ſacr̄i põt tripl̄r ↄ̃ſiderari. p̄mõ in ſe. z° mõ ex pte ſui ſubi. 3° mõ ex pte obi: ꝛ q2 talis efficacia nõ cõpetit ſibi ex p̄ma nec ex z°. ſed ex 3° ↄ̃ſideratione. iõ dr̄ ꝙ ſacr̄m qõ eſt obm̄ talis deſiderij vel intellectiõis agit ꝓut hȝ eſſe intell̄m vel deſideratũ: ſicut finis anteq̃ȝ hẽat eẽ reale mouet efficientẽ ꝓut hȝ eẽ deſideratũ: credo tn̄ ꝙ talis efficacia nõ vniuoce attribuit̃ ſacr̄o cũ dr̄ agere ꝛ actu ſuſceptũ: ꝛ in ꝓpoſito vel voto habitũ: ſȝ analogice (Ad z̄m ↄ̃ eaſdẽ ↄ̃nes dicit Pe. ꝙ talis ornatus nõ eſt po⁹ nec hitus: ſed diſpõ: nõ ad agendũ: ſed ad patiendũ vel recipiendũ: ſicut. n. p actũ ↄ̃tritiõis eſt hõ diſpoſitus nãliter ad hñdũ gr̄aȝ gratũ faciẽtẽ. ita p iſtũ ornatũ diſponit̃ ad recipiendũ gr̄am gratũ facientẽ ꝛ ſacr̄alẽ: ꝛ p iſtũ ornatum hẽmus nos hr̄i nõ ad agendũ: ſed ad recipiẽdũ gr̄am: ꝛ eſt diſpoſitio neceſſaria ꝛ neceſſitãs nõ ſimpl̄r: ſed ſub conditione ſuppoſito ꝙ in ſuſcipiẽte ſacr̄m nõ ſit ↄ̃tritio: tũc eſt neceſſaria hec diſpõ ad gr̄am gratũ faciẽtẽ: alias nõ eſt neceſſaria: niſi ad gr̄am ſacr̄aleȝ ſi differat. Similr̄ ſuppoſito ꝙ ſuſcipiẽs ſacr̄ȝ nõ ſit fictus eſt diſpõ neceſſitans nõ ꝙ ip̄m deũ neceſſitet: ſed q2 ex dei volontate neceſſe eſt gr̄am iſundi.) Hec Pe. (Ad 3̄m dicit ꝙ nõ ſolũ iſte ornatus non manet amiſſa gr̄a: ſed nec manet q̃diu manet gr̄a: q2 cũ non ĩprimat̃ niſi vt ſit diſpõ ad receptionẽ gr̄e: ꝛ nõ ad retentionẽ vel receptionẽ intenſionis gr̄e: recepta gr̄a vel intẽſa euaneſcit. vñ nõ ẽ habitus de difficili mobilis: ſed eſt diſpõ trãſitoria: ſicut ẽ ẽt ipſe actus ↄ̃tritiõis in cuius ſupplemẽtũ maxime eſt hic ornat⁹: quo ſuppoſito nõ eſt neceſſari⁹ ad ſalutẽ: q̃tũis eẽt neceſſarius ad gr̄am ſacr̄alẽ: q2 ſola gr̄a gratum faciẽs ſufficit ad ſalutẽ. Qz ãt ſubiũgit arguẽs ꝙ gr̄a ornat aiam. g̃ fruſtra põit̃. Dõm ꝙ p̄ter gr̄am multa alia ponũt̃ ad ornatũ aie: tn̄ iſte ornatus dr̄ ornare aiaȝ diſpoſitiue: q2 diſpõit ad gr̄am q̃ eſt nitor aie: ꝛ p̄cedit eaȝ in fieri ꝛ in eẽ nãliter ſiue duret in inſtãti ſiue in tpe iꝑceptibili: q2 ſicut v̄tus ſacr̄oꝝ trãſitoria eſt: ſic iſte ornatus in quo differt a charactere: ſed tn̄ nõ ſupfluit q̃diu eſt: ſicut nõ ſupfluit medicina diſponẽdo ad ſalutẽ: poſſet tn̄ dici ꝙ ornatus eſt ordinãs: ſicut character: nec ꝓpter h̄ ſeqtur ꝙ pnia nõ poſſit iterari ſine iniuria ſacr̄i ſicut baptiſmus: q2 q̄n ſacr̄m ĩprimit talẽ diſpõnẽ ꝙ p illã ſtatim natus eſt ſeq totalis ꝛ plenus effectus ſacr̄i: tũc ſine iniuria nõ p̄t tale ſacr̄m iterari: ſicut in baptiſmo tñus character diſponit ad remiſſionẽ oĩs culpe ꝛ pene q̃tũ eſt de ſe. Et ſilr̄ eſt de alijs ĩprimẽtib⁹ characterẽ ſuo mõ: nõ ſic aũt eſt de alijs. puta pnia: q2 per

ynam

Res ſacr̄i ñ eſt ↄ̃ſilr̄ in oĩbus ſacr̄is.

Ornatus in ſacr̄o penitẽtie qd. Item ad 3̄m.

vnā ꝯfeſſionē non ſequiť ꝑfecte remiſſio quo ad penā ⁊ ſequelā. vñ qꝛ de ꝓpitiatu actualiū non dꝫ hō eſſe ſine metu: ſine iniuria pnīa repetiť. ſed de originali non debem⁹ eſſe in metu poſt baptiſmū ⁊c̄. Uñ qñ de eodē aliqͥs bis cōfiteť: nō alius ornatus nūero imprimiť. ſed prīmus intēdiť: ⁊ forte eſt vnus ſpē in vno ſacro: ⁊ intendiť ꝑ ipſius iterationē: ⁊ pari rōne remittiť ꝑ illius retardationē ⁊ forte corrūpiť ꝑ nimiā retardationē: ſicͭ habitus q acqriť ex actibus pncipaliť ita ⁊ ornatus qui acqriť ex ſuſceptione ſacri inſtrūalr. vnde character q non pōt amitti ⁊ deleri: ꝑ ꝯñs ſicut non pōt corrumpi: ita nec remitti: qꝛ remiſſio eſt via ad corruptionē: nec ꝑ ꝯñs intendi: ſed ornatus pōt intēdi ⁊ remitti. ğ corrūpi ⁊ iterādo acqri. Hec Pe. In qͥbus ſūt aliqua dubia. Primū eſt ꝙ ornatus impreſſus in ſacro pnīe ſolū ſit diſpoſitio ad recipiēdū ⁊ nō ad agendū ſi intelligat ꝙ nullo mō ad agendū nec effectiue nec formalr. hoc. n. non vr̄: qꝛ vt ſupra dictū eſt: cū gr̄a ſacr̄alis in ſacro pnīe ſit quedā ſpūalis ſanatio diſtincta a quolibet actu vīrtutis ⁊ doni. nō eſt incōueniēs ponere ꝙ ꝑ ſacr̄m pnīe inſtrūaliter ꝯferať aliqͥd ſe hñs ꝑ modū actus prīmi qḋ ſit effectiuū illius ſpūalis ſanationis: ſaltē quo ad remiſſionē termini a quo: puta reatus vel habitus pcī aut reliquiarū ⁊ vulnerꝝ ei⁹. Et hec vr̄ mens btī Tho. nā vt ſuperius fuit recitatū ipſe dicit ꝙ prīma res ſacri pnīe opať ad ſanationē pcī non ſolū diſpoſitiue ſed effectiue. Et ſi dr̄ ꝙ ipſe loqͥtur de ꝯtritione nō valet: qꝛ ſi ornatus eſt ponēdus ꝓpter cōtritionē quaſi prīma res ſacri vel tāꝙ res ⁊ ſacr̄m: multo fortius talis actiuitas pōt cōpetere ornatui: q eſt actus prīmus ꝙ ꝯtritioni q eſt act⁹ ſcḋs vt dicamus ꝙ gr̄a ſacr̄alis pnīe includit ornatū: quaſi actū prīmū: ⁊ ſanationē illā q̄ſi actū 2ᵐ. ⁊ h̄ duo ſunt ſufficiens diſpō ad gr̄am gratū facientē. 2ᵐ dubiū eſt de h̄ dicit ꝙ iſte ornatus nō ē qḋ neceſſaria diſpō niſi ad gr̄am ſacr̄alem ⁊c̄. Ut. n. dictū eſt gr̄a ſacr̄alis non reqͥrit aliā diſpōnē ꝓcedentē: qꝛ nō includit intrīſece in ſacramēto pnīe: niſi ornatū ꝑ modū actus primi ⁊ ſpūalem ſanationē ꝑ modū actus ſecūdi: quorū neutꝝ ꝓreqͥrit aliquā diſpōnē pūiā ad recipiēdū: ⁊ ornatus ſit diſpoſitio pūia ſanatiōi: nō qdem paſſiua: ſed actiua. 3ᵐ dubiū eſt cū dicit ꝙ talis ornatus non eſt neceſſarius in hñte cōtritionē. h. n. non eſt vlr̄ verꝝ: qꝛ lꝫ ſine tali ornatu poſſit induci gr̄a gratū faciens ſi adſit contritio: non tn̄ eſt gr̄a ſacr̄alis integre: nec ita īteſa gr̄a gratum faciēs: ſicut cū iſto ornatu: nec ita ꝑfecta remiſſio pcī quo ad culpā ⁊ reatū ⁊ pcī reliquias. 4ᵐ dubiū eſt de iſto ornatu vtrū ſit manens vel trāſiens: cōſtat eniꝫ ꝙ ſi ponēdus ſit in ſacro pnīe ille non ſemꝑ tranſit nec deſinit trāſeunte ſacro exteriori: alias nunꝙ ceſſante fictione hr̄et effectū trāſeunte ſacro vt dcm̄ eſt diſ. 17. qꝛ iō ſcḋm ſcm̄ Tho. ficte cōicans recedente fictione nō recipit effectū ſacri euchariſtie: qꝛ ſacr̄m illud in accedēte ficto nihil relinqͥt quod poſtea poſſit operari recedēte fictione. iō ornatus q imprimiť in ſacro pnīe nō ſtatiꝫ tranſit ſicut ornatus euchariſtie: ſed qñqꝫ durat ꝑ magnū tp̄s: donec receſſerit fictio ⁊ gr̄a ſacr̄alis ꝯpleta ſit ⁊ gr̄a gratū faciens ſit infuſa: ⁊ tūc veriſſile eſt ꝙ ceſſat: qꝛ ſi adhuc duraret: tūc ſemꝑ regulariter in 2ª abſolōne maior gr̄a īfunderet vel ꝑ plures gradus ⁊ intēſiores augereť ꝙ in prīo ſuppoſito ꝙ gr̄a prīa non fuerit īterrupta ꝑ pcīm: tenet ꝯñā: qꝛ ibi ꝯcurrerēt due diſpōnes ad gr̄am. ſ. prīm⁹ ornat⁹ adhuc durās ⁊ alius nouus ornatus vel noui gradus ſuperadditi ꝓt ſic ſi in p̄ª abſolutione accepit q̄ttuor gradus gr̄e. in 2ª acciperet ad minus qnqꝫ. ⁊ in 3ª ſex: ⁊ ſic de alijs: qḋ eſt falſum. 5ᵐ dubiū eſt: vtrū ornat⁹ vnius ſacri puta pnīe ſit eiuſdē ſpēi cū ornatu alterius: puta extreme vnctiōis vel euchariſtie. Et dōm ꝙ nō: qꝛ gr̄e ſacr̄ales ſunt ſpecifice diſtincte: tales aūt ornatus ſunt eēntiales ꝑtes gratiarꝝ ſacramētalium: vt dictū fuit. cetera dicta Pe. pn̄t ſtare in veritate.

Ornatus in ſacro pnīe ē diſpō aliquo mō actiua.

Quādum duret ⁊ qñ ceſſꝫ ornat⁹ i ſacro pnīe.

¶ Ad 4ᵐ rñdet Pe. dicens ꝙ penitere de pctō ad expiatione vt vitet gehennā: ⁊ habeat gr̄am: ⁊ cū ꝓpoſito ꝯfitendi: nō eſt de iure nāli quo hec ſunt ignota. ſꝫ diuino quo hec ſunt reuelata.) Hec ille ⁊ hñ. ¶ Ad argᵐ ꝯ qōnem pꝫ rñſio ꝑ p̄dicta in ꝓbatione 2ᵉ ꝯnis: qꝛ ibi cōtineť eius ſolutio. Et hec de qōne ſufficiant. de qua hñdictus deus. Amen.

¶ Utrū pctā per pnīam dimiſſa in aliquo caſu redeant in eo qui recidiuat. Queſtio. II.

ITerum circa eādem diſtinctionē q̄riť. Utrū pctā per pnīam dimiſſa in aliquo caſu redeāt in eo q recidiuat. Et arguiť ꝙ ſic: qꝛ ponať ꝙ aliqͥs poſt verā ꝯtritionē de pctīs ꝓteritis cadat in pcīm ⁊ moriať ſtatī. cōſtat ꝙ ad īfernū deſcendit. ğ de pctīs q̄ erāt ſibi dimiſſa ibi puniet: cū non ſit ſibi tota pena remiſſa. Ibi enim puniet eternalr: qꝛ in īferno nulla ē redēptio. ğ ſilem reatū incurrit ei quē antea hēbat: ⁊ ita vr̄ ꝙ in iſto caſu pctā dimiſſa redeāt: ⁊ ſilis eſt rō de illo q ꝯfeſſus eſt: ⁊ non ſatiſfecit plenarie.

In oppoſitū arguiť: qꝛ nullus īcurrit pcī maculā vel reatū niſi ex cōmiſſiōe ipſi⁹ pcī. ſꝫ penitēs q̄uis faceret ſimplicē fornicatione nō hēbat maculā vel reatū homicidij qḋ ſibi iā dimiſſuꝫ erat: nec poſtea fornicādo homicidiū ꝯmittit. ğ nō redit in homicidiū ſibi dimiſſum q̄tum ad culpā: neqꝫ q̄tum ad reatum.

In hac qōne erūt tres articuli. In p̄ ponēť ꝯnes. In 2º obiōes. In 3º ſolōnes.

Quantū ad p̄ᵐ articulū ſit p̄ª ꝯ. Nullū pcīm per pnīaꝫ ſemel dimiſſū nūꝙ redit i ſe ideꝫ nūero q̄ ad identitatē act⁹. ¶ 2ª. Nullū pcīm ꝑ pnīaꝫ dimiſſū redit idē nūero q̄ ad idēptitatē culpe vel macule. ¶ 3ª. Nullū pcīm ſemel ꝑ pnīam dimiſſuꝫ redit idē nūero q̄ ad idēptitatē reat⁹. ¶ 4ª. Pcīm ꝑ pnīam dimiſſū ꝓt redire nō in ſe: ſꝫ in ſuo effectu. Has q̄ttuor ꝯnes pōit. ſ. Tho. pn̄ti diſ. q. I. art. p̄. vbi ſic dicit. (Aliq̄ mō pctā redire oꝫ dicere: qꝛ h̄ auctates expſſe dicūt. Quidā ğ ſimplr h̄ ꝯceſſerūt in oī ꝑ pcīm recidiuū. nec fuit intētio eoꝝ dicere ꝙ act⁹ ille pcī idē nūero renouareť: vel eadē nūero macula que prius abſata fuerat ꝑ pnīam: qꝛ qḋ oīo in nihilū decidit idē nūero reſumi nō ꝓt. ſꝫ ita eſt ꝙ ſicut ꝑ pctā cōmiſſa aliqͥs ipediebať an̄ pactam pnīam de eis: ne gr̄am a deo reciperet: ita eiſdeꝫ ipediť poſtꝙ a ſtatu pnīe decidit ꝑ pcīm mortale q̄ recidiuat. ſic. n. dr̄ pcīm manere q̄tū ad culpā inq̄tuꝫ ex actu q iam ꝓteriit: ipediť qs a gr̄e receptiōe ſicut a quodā obſtaculo poſito īter deū ⁊ aīam. Remitti aūt quo ad culpā qñ rōne actuū ꝓteritoꝝ aliqͥs a gr̄a nō ꝓuať. Sꝫ hec opio nō ꝓt ſtare: qꝛ ad cāndū tenebras vtrūqꝫ duoꝝ ꝑ ſe ſufficit. ſ. indiſpō recipiētis. ⁊ poſitio obſtaculi. vñ ſi tenebre debeāt amoueri: oꝫ ⁊ idiſpōnem tolli ⁊ obſtaculū amoueri: ⁊ ita pnīa q̄ tenebras octī tollebat. nō ſolū tollebat idiſpōnē q̄ erat in aīa ad gr̄am ſuſcipiendā: ſꝫ ēt remouebat obſtaculū ꝓcedētis pcī. nō qdeꝫ ꝙ act⁹ ille nō ꝓceſſerit: ſed ꝙ nō hr̄et vim ipediēdi gr̄aꝫ act⁹ ꝓcedēs: q̄ qdē vis actui p̄dicto reſtitui nō poſſet niſi itereť. qḋ eſt ipoſſibile: ⁊ iō nō ꝓt dici ꝙ p̄dicto modo pctā quo ad maculā redeūt. Et iō aliq̄ dixerūt ꝙ nō re

dit pctm̄ dimiſſū p q̄dlibet pctm̄ ſeq̄ns: ſʒ p q̄ttuor tm̄ ſ. p odiū fraternū p apoſtaſiaʒ a fide ⁊ p ɔtēptū ɔfeſſionis. ⁊ p h̄ q̄ aliq̄s dolet ſe penituiſſe. vñ fecerunt v̄ſus. Fratres odit apoſtata fit ſpernitq̄ʒ fateri. penituiſſet pi get. pꝰ̄ſtina culpa redit. Sʒ hec opio minꝰ hʒ de rōne q̄ꝫ p̄ma: q: nō pōt aſſignare cām q̄re p hec q̄ttuor pctā redeāt pctā ita dimiſſa magis q̄ꝫ p alia: cū ēt alia ɔtigat q̄ñq̄ʒ cē̄ grauiora niſi q̄ ex auctatibꝰ ⁊ q̄buſdaʒ rōnibꝰ friuolis ducebanť ad dicēdū q̄ p hec pctā redirēt pctā dimiſſa: ⁊ videbať abſurdū q̄ p oē pctm̄ ſeq̄ns pctā p̄cedētia redirēt: nec ſufficit q̄ dicāt q̄ deꝰ dimittit pctā ſub ɔditione vitādi iſta q̄ttuor: q: cā ſufficiēs educit ef fectū ſuū abſolute nihil expectās a futuro: grā āt ⁊ paſſio xpī ex cuius v̄tute ſacr̄a h̄nt efficaciā ſufficiētiſſime ſe h̄nt ad oēm culpā delendā. Et p̄terea nulla rō eſt q̄re magis ſub ɔditiōe vitādi hec pctā p̄orā remittātur q̄ꝫ ſub ɔditiōe vitādi alia: cū oē pctm̄ ɔ̄ıneť grē p quaʒ fit remiſſio pctōꝝ. Et iō dōm cū aliq̄s q̄ aliq̄d pōt redire dupl'r vel in ſe: ⁊ ſic pctā dimiſſa nullo mō redeunt quo ad maculā: ⁊ p ɔ̄ſ̄is nec q̄ꝫtū ad reatū. vel in ſuo effectu. ⁊ h̄ mō pctā dimiſſa redeūt inq̄ꝫtum ex pctis dimiſſis aliq̄d in ſeq̄ntibꝰ relinq̄tur. Ex hoc. n. q̄ hō deus p pctm̄ offendit poſt remiſſionē p̄cedentiū pctōꝝ quādā deformitatē magnitudis vel igratitudinis actꝰ pcti ſequēns acq̄rit: ⁊ iō dr̄ cōiter q̄ redeūt quo ad igratitudinē.) Hec ille. Itē 3ª pte. q. 88. arti. p̄ ſic dič. (In pctō mortali ſunt duo. ſ. auerſio a deo. ⁊ ɔuerſio ad bonum creatū: q̄cq̄d āt eſt auerſiōis in pctō mortali ſm̄ ſe cōſideratū ē cōe oibus pctis mortalibꝰ: q: p q̄dlibet pctm̄ mortale hō auertiť a deo. Vñ ⁊ p ɔ̄ſ̄is macula q̄ ē per p̄uationē grē ⁊ reatus pene eterne cōia ſūt oibus pctis mortalibꝰ. Et ſm̄ h̄ intelligiť illud qd̄ dr̄ Iaco. 2°. Qui offenderit in vno factus eſt olum reus. ſed ex pte ɔuerſiōis pctā mortalia ſūt diuerſa ⁊ iterdū ɔ̄ria. ḡ ide maifeſtum eſt q̄ ex parte conuerſionis peccatum mortale ſequens non facit redire peccata mortalia prius abolita. Alioquin ſequereť q̄ homo per peccatum ɔdigalitatis reducereť in habitū vł diſpōnē auaritie p̄us abolite: ⁊ ſic ɔ̄riū eſſet cā ſui ɔ̄rij: qd̄ eſt ipoſſibile: ſed ɔſiderādo in pctīs mortalibꝰ id qd̄ eſt ex pte auerſiōis abſolute: p pctm̄ mortale ſequēs redit illud qd̄ fuerat in p̄oribꝰ pctīs añ dimiſſionē inq̄ꝫtū p pctm̄ mortale ſequēs hō p̄uať grā ⁊ fit reus pene eterne ſicut ⁊ p̄us erat. Verū q: auerſio in pctō mortali ex cōuerſione quodāmō cāťur. iō diuerſitas ɔuerſionū quodāmō diuerſitatem auerſionū īducit p cōparationē ad diuerſas ɔuerſiones ſicut ad diuerſas cās. ita q̄ ſič eſt alia ɔuerſio: ita ⁊ alia macula: ⁊ aliꝰ reatꝰ put ɔſurgit ex alio actu pcti mortalis. h̄ ḡ in q̄ōne v̄ť. Utruʒ macula ⁊ reatꝰ pene eterne ſm̄ q̄ cāba ť ex actibus pctōꝝ p̄us dimiſſorū redeāt p pctm̄ mortale ſeq̄ns. Quibuſdā ḡ viſuʒ eſt q̄ ſimpl'r h̄ mō redeāt. ſʒ h̄ nō p̄t eē: q: opꝰ dei p opus hoīs irritari nō p̄t: remiſſio āt p̄oꝝ pctōꝝ eſt opꝰ diue mīe: vñ nō p̄t irritari p pctm̄ ſequēs: qd̄ eſt opus hoīs ſm̄ illō Ro. 3°. Nūq̄d icredulitas eoꝝ fidē dei euacuauit. Et iō aliq̄ ponētes pctā redire dixerūt q̄ deꝰ nō remittit pctā penitēti poſtmodū peccaturo ſʒ p̄ſciaʒ: ſʒ ſolū ſm̄ p̄ntē iuſticiam: p̄ſcit. n. eū p h̄is pctīs eternal'r puniēdū: ⁊ tn̄ per grām facit eū p̄ntial'r iuſtū: ſed nec h̄ ſtare pōt: q: ſi cā abſolute ponať: ⁊ effectꝰ pōiť abſolute. ſi ḡ abſolute nō fieret remiſſio pctōꝝ: ſʒ cū q̄dā cōditione in futuꝝ dependente p grām ⁊ grē ſacr̄a. ſequereť q̄ grā ⁊ grē ſacr̄a nō eſſent ſufficiēs cā remiſſiōis pctōꝝ: qd̄ eſt erroneus vt pote derogās grē dei: ⁊ iō nullo mō pōt eſſe q̄ macula ⁊ reatus pctōꝝ p̄cedentiū redeāt ſm̄ q̄ ex talibꝰ acti

bus cābanť. Cōtingit aūt q̄ ſequēs actꝰ pcti v̄tual'r cōtinet reatū p̄oris pcti inq̄ꝫtū. ſ. aliq̄s 2° peccās ex h̄ iō v̄r grauius peccare q̄ꝫ p̄us peccauerat ſm̄ illud Ro. 2°. Scdm̄ duritiā tuā ⁊ cor ipenitēs theſaurizas tibi irā in die ire ex h̄ ſolo. ſ. q̄ cōtēniť dei bonitasq̄ ad p̄niaʒ expectat. multo aūt magis ɔtēniť dei bonitas ſi poſt remiſſionē p̄oris pcti. 2° pctm̄ iterať quāto maius ē h̄n̄ficiū pctā dimittere q̄ꝫ ſuſtinere pctōrē. ſic ḡ p pctm̄ ſequēs p̄niam redit quodāmō reatꝰ pctōꝝ dimiſſoꝝ p̄iꝰ nō inq̄ꝫtū cābať ex illis pctīs p̄us dimiſſis: ſʒ inq̄ꝫtū cāťur ex pctō vltimo ppetrato qd̄ aggrauať ex pctīs p̄oribus: ⁊ h̄ nō eſt pctā dimiſſa redire ſimpl'r: ſʒ ſm̄ q̄d inq̄ꝫtū. ſ. in pctō ſequēti ɔtineť.) Hec ille. Ex q̄bꝰ p̄nt formari rōnes p qualibet ɔ̄ne. et iō p prima arguitur ſic. Actus liberi arbitrij poſt ſui deſitionē ⁊ ceſſionē in nihilū nō p̄t redire v̄tute creata idē nūero. ſed ſi pctm̄ dimiſſuʒ rediret idē nūero quo ad actū: h̄ nō poſſet fieri niſi p illū modū ipoſſibilē. ḡ ⁊c̄. ¶ Pro 2ª ɔ̄ne arguiť ſic. Si pctm̄ ſemel dimiſſuʒ rediret in ſe quo ad maculā vel culpā. rediret quo ad ſuā vim. ſed 2m̄ eſt ipoſſibile. ḡ ⁊ p̄mū. Itē opus dei nō pōt irritari p opꝰ hoīs. ſʒ ſi pctm̄ dimiſſum rediret quo ad maculā opꝰ dei irritaretur p opus hoīs. ḡ ⁊c̄. ¶ Pro 3ª ɔ̄ne arguiť ſicut p 2ª. ¶ Pro 4ª arguiť ſic. Illud pctm̄ dr̄ redire in ſuo effectu. p cuiꝰ remiſſionē aliq̄d relinq̄ť in pctīs ſeq̄ntibꝰ. ſʒ pctm̄ p p̄niaʒ dimiſſū aliq̄d relinq̄ť in pctīs poſt remiſſionē ſeq̄ntibꝰ. ḡ ⁊c̄. Et in h̄ p̄mus articulus terminať.

Quātū ad 2m̄ articulū arguiť ɔ̄ ɔ̄nes. Et q̄dē ɔ̄ p̄mā arguit Pe. de palu. dicēs: clarū ē q̄ p ſolū hoīem vel nām̄ corruptū idē nūero nō redit. 2° de gn̄atiōe. ſʒ ſuppoſito q̄ ſubā actꝰ pcti ſit a deo: ⁊ ſuppoſito q̄ deus idē nūero corruptū poſſit repare ſiue ſit manēs ſiue trāſiēs: tūc ſi ſolus deus illō repararet eſſet ideʒ nūero quod p̄us m̄aliter: ſed illud qd̄ p̄ius erat pctm̄ nūc nō eēt pctm̄: q: p̄us erat pctm̄ inq̄ꝫtū ɔducebať ɔ̄ debitū ab hoīe: nō inq̄ꝫtū a deo q̄ ad nihil teneť. Nunc aūt nō ɔduciť ab hoīe: ſed a ſolo deo vt ſupponiť: ⁊ ſic pōt a deo idē pctm̄ nūero redire: nō vt pctm̄ ſed vt actus. Si aūt deus illū eūdē actū nūero repararet hoīe coagēte: totū eēt idē nūero ſm̄ māʒ: ſed erūt duo peccata ſm̄ formā: ſicut ſi hoīe 2° gn̄ante deus redderet eandē aīam nūero quā p̄us in eadē mā. eēt idē nūero filiꝰ: ſʒ eſſent due gn̄ationes: ⁊ due natiuitates: ſʒ q: pctōꝛe recidiuāte nō eſt credēdū deū miracula facere: vt ſimul ſint opa lucis ⁊ opa tenebrarū. ideo ſimpl'r dōm eſt q̄ nō redeūt quo ad eſſentiā. Si aūt a ſolo deo idē bonū opus nūero repararet nō eſſet hoīs meritū patiēdo in reparato ſicut fuit in p̄. Si aūt repareť hoīe cooperante tūc eēnt duo merita ⁊ vnus actus: q̄uis ſit dubiū vtꝝ creatura q̄ nō pōt coopari in creatiōe poſſit coopari in reparatione: ⁊ q̄dem de reparatione ſubē certū eſt: q: ibi actio hoīs terminať ad nouā qualitatē: ſed de reparatione q̄litatis q̄ ſit noua actio hoīs: ⁊ nō nouū actū eſt difficile: niſi vt in intēſione ⁊ remiſſiōe. Hec Pe. ¶ Cōtra 2m̄ ⁊ 3m̄ ɔ̄nes arguit Scotus ɔbādo q̄ pctm̄ dimiſſū pōt redire idē nūero quo ad reatū eundē q̄ eſt obligatio ad penā: q: deus pōt obligare iſtū p b. inſtāti ad eandē penam quam pro a. inſtanti: ⁊ iſte pōt obligari ad eandem ⁊ per ɔ̄ſ̄is habere eundem reatū: ⁊ voco a. ⁊ b. inſtantia inter que cadit tempus mediū in quo nō eſt ſic obligatus: aſ̄is ɔbať. q: volūtas mea pōt hoc velle nō ordiare ad penā ſub ɔditiōe ſi itez nō offendat: ⁊ ſi iterū offendat velle eū ex tunc ordinari ad eandē penaʒ. Si dicas q̄ in hoc volūtas mea non eſt iuſta ⁊ p cōſequens ſimile nō pōt cōpetere diue volūtati. Cōtra. iz.

Cōtra ſenſ ɔ̄cionē argu Pe d. 22. q. p̄ma. L. cō. 70.

q.2.cp̄s. Seruus manumiſſus ꝑꝑ ingratitudinē penē iterū ſeruitio iuſte ſubijciat. ergo ſic i ꝓpoſito. Dicet̄ ꝙ iſta rō nō ꝓbat ꝙ eadē numero redeat obligatōis ꝫ redeat obligatō ad eādē penā. Dic.n. ſūt diuerſe obligatōes ad eādē penā. Cōfirmat̄ qꝛ volitio dei ad īfligēdū ei penā ꝓ a. ⁊ ꝓ b. nō ē eadē: ſȝ alia ⁊ alia volitō diua ſ₃ rōnē ſ₃ diuerſitatē obiectoꝝ. Cōtra. Si nō peniteret tpe intermedio maneret obligatio nō tn̄ ad eādē penā: ſȝ eadē obligatio. ſȝ qcqd de⁹ põt circa creaturā manēte aliq̄ cōtinuatōe q̄ nihil ē illi⁹ voliti. põt illo circū ſcripto: qꝛ illō nō ē de eēntia illi⁹ voliti. ğ ⁊c̄. Itē actus diuus nō depēdet a pctō extrinſeco illi⁹ recidiuātis. ğ põt de⁹ de po⁹ abſoluta reducere obligatōeꝫ illi⁹ ad eādē penā quā ꝑus: ⁊ ēt eādē obligatiōeꝫ ⁊ ita eodē mō cū pctm̄ remāet p⁹ actū: qꝛ nō ē niſi obligatio ad penā: põt de po⁹ dei abſoluta pctm̄ idē redire nō ſolū i recidiuitate: ſȝ ēt i nō recidiuātē. Hec Scot⁹ i for⁹. ¶ Cōtra eādē põt argui q̄ ad h̄ ꝙ nō plene diſtinguūt de reatu: qꝛ ſic dicit Durādus diſtinguēdū ē de pena pctō debita q̄ ē duplex. Una q̄ dr̄ pena dāni q̄ ꝯſiſtit i ſola carētia gr̄e ⁊ gl̄ie. Alia ē pena ſenſus q̄ icludit dolorē mētalē de amiſſiōe viſionis diue ⁊ remorſuꝫ vel vermē ꝯſcie ⁊ penā ignis gehēne. Loquēdo de p⁹ pena dōꝫ eſt ꝙ ꝑ ſequētē culpā redeūt oīa pctā ꝑus dimiſſa q̄ ad penā dāni eis debitaꝫ: qꝛ ꝑ eā eq̄ priuat̄ hō gr̄a ⁊ gl̄ia ſic̄ ꝑ oīa ꝑcedētia pctā. Oia eniꝫ pctā mortalia in h̄ hñt ꝯuenientiā ꝙ auertūt a deo: ⁊ per ꝯñs priuāt gr̄a ⁊ gl̄ia: ꝑꝑ qḋ eq̄liſ ē effect⁹ vnius ſic̄ oīuꝫ q̄tū ad h̄. ⁊ ſic loq̄t̄ Jaco. in canonica ſua dicēs ꝙ q offenderit in vno fact⁹ eſt oīuꝫ reus. Loquēdo āt de pena ſenſus quātū ad eā nō redeūt pctā ꝑus dimiſſa niſi ſm quid: qꝛ hō nō eſt debitor tante pene vt ꝑus: eſt tn̄ debitor aliq̄tulū maioris pene q̄ſi pctā ꝑcedentia non fuiſſent dimiſſa ꝑpter ingratitudinē que eſt in pctō ſequenti.) Hec ille. Et in hoc ſecūdus articulus terminat̄.

Quantū ad 3ᵐ articulū rñdēdū eſt obiectiōib⁹ ſupradictis. Et qdē ad ea q̄ Pe. obijcit ꝯ p̄mā ꝯnē dr̄ ꝙ illud qḋ Pe. 2⁰ loco ſupponit eſt dubiuꝫ. ſ. vtrū deus qḋlibet corruptū vel annihilatū poſſit idem numero reparare ꝑſertī loquēdo de motib⁹ ⁊ actiōib⁹ q̄ tpe ꝯtinuo menſurant̄: ⁊ ad quoꝝ vnitatē ⁊ idētitatem numeralē ꝯtinuitas ſine interruptiōe requirit̄. De h̄ ſctūs Tho. 4⁰. q̄libet. q. 5. ſic dic̄. (In hieq̄ i nihilū redigi poſſe eſt q̄dā dr̄ia attendēda. Quedā.n. ſūt quoꝝ vnitas i ſui rōne hȝ duratiōis ꝯtinuitatē: ſic pȝ in motu ⁊ tpe: ⁊ iō interruptio taliū indirecte ꝯriat̄ vnitati coꝝ ſm nāꝫ. Ea vō que ꝯdictionē īplicant nō ꝯtinent̄ ſub numero deo poſſibiliū: qꝛ deficiunt a rōne entis: ⁊ iō ſi hȝ in nihiluꝫ redigant̄ deus illa nō põt eadē numero reparare. Hoc.n. eſſet facere ꝯdictoria ſil̄ eſſe vera. puta ſi motus interruptus eēt vnus. Alia vō ſūt quoꝝ vnitas non hȝ in ſui rōne ꝯtinuitatē duratiōis: ſicut vnitas reꝝ ꝑmanentiū: niſi ꝑ accidēs inq̄tū coꝝ eſſe ſubm eſt motui. ſic enim ⁊ menſurat̄ hȝ tpe ⁊ coꝝ eē eſt vnū ⁊ ꝯtinuū ſm vnitatē ⁊ ꝯtinuitatē tpis: ⁊ qꝛ nāle agens nō põt iſta ꝑducere ſine motu: īnde eſt ꝙ nāle agens nō põt hȝ reparare eadē numero ſi in nihilū redacta fuerint ſm ſubam corruptā. Sȝ deus põt hȝ reparare ſine motu: qꝛ in ei⁹ poteſtate eſt ꝙ ꝑducat effect⁹ ſine cauſis medijs: ⁊ iō põt ea eadē numero reparare: ēt ſi in nihilū elapſa fuerint.) Hec ille. Ex qbus pȝ ꝙ ſm mentē eius nullus motus vl̄ act⁹ ſucceſſiuus põt idē numero reparari: ſecus eſt de actib⁹ nō ſucceſſiuis ſȝ ꝑmanētibus: ⁊ de illis forte vera ſūt dicta Pe. ꝙ ſi deus talē actū qui ꝑus fuit pctm̄ dū fiebat ab hoīe repararet nō coagēte hoīe nec illū ꝯſeruante iā nō rediret in eē pctī: ſȝ quo ad ſuā eſſentiaꝫ. De hac mā vtrū corruptū vel annihilatū poſſit idē numero reparari: forte dicet̄ latius diſ. 44. hui⁹ 4ⁱ. ¶ Ad p̄ᵐ Scoti ꝯ ſcḋam ⁊ tertiā ꝯnes dr̄ p̄ ꝙ poſt pctī dimiſſionē quo ad maculā ⁊ offenſaꝫ vl̄ culpā ⁊ reatū poſſet de⁹ iterū obligare illū cui pctm̄ ſic dimiſſum erat ſiue recidiuet ſiue nō ad eandē penā ad quā ꝑus obligat⁹ erat ante pctī dimiſſionē. Dr̄ 2⁰ ꝙ ēt in illo caſu põt reparare eādē numero obligatōeꝫ q̄ ꝑus erat reſpectu euiſdeꝫ pene. Et h̄ hñt ꝓbant arg̃ᵗᵃ ſua. Dr̄ 3⁰ ꝙ illa obligatio ſic reparata non eēt ꝓprie reatus nec hēret rōnē reat⁹: vt nūc de ipſo loquimur: qꝛ nō q̄cunqꝫ obligatio ad penā hȝ rōnē reatus: ſȝ illa ſolū q̄ eſt effectus alicu⁹ pctī. Talis āt obligatio in caſu illo nō eēt effect⁹ alicu⁹ pctī: ſȝ ſoli⁹ dei. iō nō eſſet ꝓprie reatus: ſic̄ nec ꝑuatio gr̄e hȝ rōnē macule niſi cauſetur ex pctō. De hac mā ſic alias recitatū ē diffuſe tractat ſctūs Tho. p̄⁰ 2ᵉ. q. 86. arti. p̄. in ſolōne tertij dicens. (Macla nō eſt aliqd poſitiue i aīa: ſȝ ſignāt ꝑuatiōeꝫ q̄dam nitoris aīe in ordine ad ſuā cām q̄ eſt pctm̄. ⁊ iō diuerſa pctā diuerſas maculas inducūt. Et eſt ſile de vmbra q̄ eſt ꝑuatio luminis ex obiectu alicu⁹ corpis ⁊ ſm diuerſitatē corpoꝝ obiectorū diuerſificant̄ vmbre.) Hec ille. Itē q. 87. ar. p̄. arguit ſic 2⁰ loco. (Malū nō ē cā boni: ſȝ pena eſt bona cū ſit iuſta ⁊ a deo. ergo nō eſt effectus pctī qḋ eſt malū.) Ecce arg̃ᵐ. ſeq̄t̄ rñſio. (Dōs inq̄t ꝙ pene qdeꝫ iuſta eē põt ⁊ a deo ⁊ ab hoīe inflicta. Un̄ ipſa pena nō eſt effectus pctī directe ſȝ ſolū diſpoſitiue. ſed pctm̄ facit hoīem reū eē pene qḋ eſt malū. Dic̄ eni Diony. 4. c. de diuis noīb⁹ ꝙ puniri nō ē malū ſȝ fieri pena dignuꝫ. vn̄ reat⁹ pene directe ponit̄ effect⁹ pctī.) Hec ille. Itē ar. 6⁰. dic̄ ꝙ ceſſante macula pctī nō remanet reat⁹ ſ₃ eādē rōnē quā ꝑus: qꝛ ſi pene ſimplr̄: ſȝ ſatiſfactorie. Itē 2⁰. ſen. diſ. 42. ar. 2. i ſolōne 4ⁱ arg̃ⁱ ſic dic̄. (Puatio gr̄e ñ hȝ rōnē macle niſi ſ₃ ꝙ ex actu ꝑcedēte iducit̄: ⁊ iō ſ₃ diuerſitatē actuū ſūt ēt diuerſe macle. Cūm.n. q̄libet actu pctī mortlⁱˢ q̄libet vtus ꝑuet̄: nō tn̄ eodē mō ēſȝ actu luxurie caſtitas ꝑ ſe ꝑuat̄: ⁊ alie vtutes ex ꝯñti ſ₃ ꝙ ſūt caſtitati annexe: ꝑ furtū āt act⁹ iuſtitie ꝑ ſe: ⁊ aliaꝝ virtutū ex ꝯñti ⁊ ſic de alijs. et iō nō opꝫ ꝙ oīuꝫ pctōꝝ ſit vna macla vl̄ reat⁹.) Hec ille. Itē ibidē i ſolōne p̄ᵉ ſic dic̄. (Cā ꝓxia reat⁹ ē ipe defect⁹ ꝑ actū pctī iduct⁹: act⁹ vō ē ſic cā remota. vn̄ ñ opꝫ ꝙ trāſeūte actu reat⁹ trāſeat.) Hec ille. Quis āt ſit ille defect⁹ i q̄ fūdat̄ reat⁹ oñdit ibidē i ſolōne 5ⁱ dicēs. (In peccāte ſūt duo defect⁹. vnus q ē i ipſo actu pctī ſm ꝙ aliqs limites legis diue ⁊ rōnis recte trāſgredit̄: ali⁹ ē i ipo peccāte ꝑuatio vtutis ex ꝑori defectu act⁹ iducta. Cūm āt cū aliqs gr̄aꝫ recupat ſcḋs defectus tollat̄: nō tn̄ ex toto primus ſublat⁹ ē: qꝛ opꝫ vt q̄tū volūtati ſue obediuit ꝑter legeꝫ dei: ēt i ꝯtriū recōpēſet: vt ſic iuſtitie ſeruet̄ eq̄litas. ⁊ iō poſt gr̄aꝫ recuperā iniūgit̄ ſatiſfactio: ⁊ ē hō adhuc reus tpalis pene.) Hec ille. Cōſilia dic̄ p̄⁰ 2ᵉ. vbi ſupra vltio allegatū ē. (Act⁹ inq̄t pctī fac̄ hoīeꝫ reū pene i q̄tū trāſgredit̄ ordinē diue iuſtitie ad quē nō redit niſi ꝑ q̄ſdaꝫ recōpēſatōeꝫ pene q̄ ad eq̄litatē iuſtitie reduc̄ ⁊c̄.) Iteꝫ ar. p̄. dic̄ ꝙ ex h̄ fit hō re⁹ pene: qꝛ ꝑuertit ꝑ pctm̄ aliquē ordinē dū agit ꝯ rōnē: ⁊ ꝯ legē humanā: ⁊ ꝯ legē diuaꝫ. Un̄ triplicē penā peccans icurrit. vnā qdē a ſeipſo q̄ eſt ꝯſcie remorſus. aliā vō ab hoīe. tertiā a deo. Ex qb⁹ oīb⁹ apparet ꝙ ꝑ ſolius dei actioneꝫ pctm̄ ꝑus dimiſſum nō põt in ſe redire quo ad eundē reatū numero q ꝑus fuit: qꝛ ſi obligatio eadē numero: ⁊ ad eādē penā quā prius ꝑ ſoli⁹ dei actionē redeat: nullo mō coagente nec cōcauſante aliquo peccante. talis obligatio a ſolo deo cauſata nō hȝ rōnem reatus ꝓprie loquendo. Dr̄ 4⁰. ꝙ ratio in oppoſitū ꝑdictorū adducta non vꝫquaꝫ dicit. Si nō pe-

Nõ ſucceſſiua ſi i nihiluꝫ redigātur nõ põt de⁹ eadē numero reparare: permanentia autem oia põt.

Non oīs obligatio ad penam hȝ rōnē reatus: ſȝ ſola illa que eſt ex peccato.

niteret tpe intermedio maneret eadē obligatio ꝛc. Hoc
ſigdē non vz. Tū qꝛ interruptio pctī per pnīam facit ꝙ
ipm a cetero non poſſit cauſare reatū ſicut ante pnīam
cauſabat: nec de⁹ ſine pctō ꝯcauſante pōt cauſare reatū.
Tū qꝛ dato ꝙ deus eandē obligatiōez numero repara-
ret: nō tn̄ ſequit̄ ꝙ repareret reatū: vt dictū eſt: qꝛ reatus
aliqd aliud ꝯnotat ꝛ iportat. Tū qꝛ ꝯtinuatio actus vel
motus vel pctī vel reatus nō nihil ē actus aut mot⁹ vel
hmōi: qꝛ ſic dictū eſt: ꝯtinuatio motus eſt de rōne vnitatis
vel idēptitatis numeral̄ ipſi⁹: ꝛ ſic aliq̄ mō ptinet ad ip-
ſuz in p̄ vel ſcdo aut alio mō pſeitatis: ꝛ ſi nō ad ei⁹ eēn-
tiā: tn̄ ad ei⁹ idēptitatez numeralē: vt pz 5°. phyſi. Tū qꝛ
ſi arguēs itendat ſic arguere. Quicqd pōt de⁹ pducere
cū cā 2ª pōt pducere ſine illa: ſed reatū pōt pducere cū
cā 2ª. g̃ ꝛc. dr̄ ꝙ eſt fallacia figure dictōis: qꝛ mutat̄ qd ī
ad aliqd: cū reat⁹ iplicet reſpectū ad pctm̄ vt ad ſuā cāz.
¶ Ad ſcdaz rōnē ibidē adductā pz rn̄ſio p p̄dicta. Da-
to. n. ꝙ actus dine volūtatis nō depēdeat a pctō extrin-
ſeco: nec in eēndo nec in cāndo: tn̄ reatus ſic dependet a
pctō ꝙ nō pōt fieri: nec eē niſi cauſet̄ partialiter a pctō.
Pctm̄ aūt qd ceſſit in nihilū: nec pōt p q̄ɋcūqz potentiā
quo ad culpā reparirī: nō pōt cauſare totalr̄: nec partialr̄
nouū reatū: ꝛ multo minus reparare p̄us deletū: ꝛ ideo
actus dine volūtatis nō pōt reparare reatū p̄us deletū:
dato ꝙ poſſz reparare eādē obligatiōez a ſe ſolo cauſatā
in peccāte: ſecus ē de idignitate ꝛ de ordinatōe que ſe tz
mere ex pte peccantis q̄ ꝓprie dr̄ demeritū pene. Et hec
ſufficiāt ad obiecta Scoti. ¶ Ad obiecta Durādi dr̄ ꝙ
p pctā ſequētia nūɋ̄ redit ille idē numero reatus pene
ſenſus nec pene dāni q cauſabat̄ ex pctis p̄us dimiſſis:
ſz poſſit redire eq̄lis reatus pene dāni cāt⁹ ex ſequēti-
bus pctis. vt oñſuz eſt in pbatōe ꝯnū ex dictis btī Tho.
in 3° pte ꝛ in p̄ma 2ᵉ. ꝛ 2ᵉ ſen. in rn̄ſiōe ad obiecta Sco-
ti. Sup hoc Pe. de pa. ſic dicit. Pctā dimiſſa aliqn̄ rede
unt quo ad penā dāni: qꝛ illā equalr̄ patit̄ moriēs ī vno
mortali ſicut moriēs in oibus q̄ vnɋ̄ fecit: niſi diceret̄
ſic: ꝙ ſicut pena dāni non hz dolorē in pueris: qꝛ nō hn̄t
remorſuz ꝙ hoc ſit pp ſuū pctm̄: ſz in purgatorio ſic: qꝛ
ſciunt pp pctm̄ ſuuz ſe carere illo bono: ſic dānati tanto
amplius affligant̄ carētia btitudinis q̄to ſciunt ſe pp
plura peccata ꝛ grauiora illaz incurriſſe. Hec Pe. ꝛ bn̄.
¶ Ad argm̄ pro ꝯne rn̄det ſcūs Tho. in p̄ni diſ. q. i. art.
p̄n ſolōne q̄nti. vbi ſic dicit. (Dōz ꝙ p illa pte pene q̄ ſi
bi dimiſſa fuerat in ꝯfeſſiōe vel ꝯtritiōe nunɋ̄ puniet̄:
ſz p reſidua in eternū: vt quidā dicunt: qꝛ rōne ſoci in q̄
punit̄ eterna pena ſibi debet̄: ꝛ ſicut eſt de venialib⁹ que
ī purgatorio puniunt̄ pena tpali: ꝛ in iferno eterna. Sz
hoc nō vr̄ ſic: qꝛ veniale iō in iferno eternalr̄ punit̄: qꝛ
ſp manet: cū nō ſit ibi aliqd qd culpā poſſit delere: ſz pe
na ex hoc ipſo ꝙ ſoluit̄ expiat̄. Et iō dicunt aliq ꝙ pena
cui⁹ eſt aliqs debitor poſt culpā remiſſam in iferno pu-
nietur tpaliter. Nec pp h̄ ſeqt̄ ꝙ ſit in iferno redēptio:
qꝛ pena q̄ ſoluit̄ nō redimit̄. Nec ē iconueniēs ꝙ q̄tuz
ad aliqd accidētale pena iferni minuat̄ vſqz ad diē iu-
dicij: ſicut et augef̄.) Hec ille. Et ꝯſilr̄ rn̄det Durādus
ad illā rōnē. ¶ Sz ꝯ hāc ſolōnē arguit Pe. de pa. ex in
tentiōe pbans hāc ꝯnē: ꝙ pena debita pctō mortali ſeu
veniali et hic dimiſſo quo ad culpam nō pōt expiari in
iferno quā pbat p̄: qꝛ pena q̄ nunɋ̄ ē deo accepta nunɋ̄
eſt deo ſatiſfactoria. ¶ 2°. qꝛ ſic gaudiū ſcōꝝ ſiue eſſen-
tiale ſiue accidētale vt aureola nō hz finez: ſic nec pena
maloꝝ ſiue eēntialis q̄ eſt p mortali: ſiue accidētalis q̄
eſt p veniali. ¶ 3°. qꝛ ſi hō eēt obligatus ad pecuniā cer
ti valoris: ſoluēdo pecuniā nullius valoris vel nō tanti
nūɋ̄ liberaret̄. Et ſic eſt hic: qꝛ valor ſatiſfactiōis eſt ex

Utrū aliqua pena accidentalis in inferno poſſit minui et ex toto ſolui.

charitate. iō ꝛc. Et ſi pena eſt finita p ſe: pōt tn̄ eē infini-
ta ex ſupueniēti. vn̄ ſicut pena pctī mortalis pp pnīaz
de eterna ſit tpalis: ſic ecōuerſo pena venialis pp impe
nitentiā ꝛ mortalis ꝯcomitantiā ſit eterna. ꝛ iō ſicut in
celo eternū erit gaudiū de bonis nūc etiā factis in mor
tali: qbus nō debet̄ celū per ſe: ſic ꝛ ī iferno eternus erit
dolor de venialib⁹ pctis q̄uis eis p ſe non debeat̄ infer
nus. ¶ 4°. arguit. 15. diſ. hui⁹ vt ibidē in parte recitatuz
fuit: qꝛ nō eſt ſatiſfactio niſi grata ꝛ accepta. non eſt aūt
grata: que nō eſt grā iformata. Si dicat̄ ꝙ deus non re
tractat illud qd ſemel acceptauit ꝛc. q̄re vbi ſupra. ¶ 5°
arguit: qꝛ nō minoris valoris dz eē pecunia de q̄ ſoluit̄
debitū q̄ illa de q̄ emitur alienū: ſz per nullū opus pōt
hō mereri celū niſi ſit factū in grā. ergo nec ſoluere pe-
nam ꝛc. vt ſupra. ¶ 6°. pōt argui: qꝛ ſcūs Tho. 15. diſ. hu
ius. q. i. arti. 3°. q̄ſtiuncla 2ª. ſic dicit. (Quidā dixerūt ꝙ
poſtquā oīa pctā per pnīam in ꝯtritione dimiſſa ſunt ſi
aliqs añ ſatiſfactōez pactā in pctm̄ decidat: ꝛ ī pctō exi-
ſtens ſatiſfaciat ꝙ talis ſatiſfactio ei valeat: ita ꝙ ſi in
pctō illo moreret̄ in iferno de illis pctis non puniret̄: ſz
hoc nō pōt eſſe ꝛc. vt. 15. diſ. recitatū ē.) Itē ibidē arguit
ſic 4° loco. (Satiſfactio in q̄daz adeq̄tiōe pene ad cul-
pam ꝯſiſtit: ſz talis adequatio pene ad culpā pōt fieri ēt
ī eo q charitatē nō hz. ergo ꝛc.) Ecce argm̄. ſequit̄ rn̄ſio.
(Dōz itaqz ꝙ nō pōt fieri adeq̄tio ſufficiēs neqz ſm di-
uinā acceptationē neqz ſm equiualentiaz. Et iō rō non
ſequit̄.) Hec ille. Ex qbus pz ꝙ nulla pena ex̄ charita-
tem tolerata eſt ſatiſfactoria pro pctō mortali remiſſo
quo ad culpā non ſublato reatu. Nec talis reatus pene
tpalis reſtans poſt remiſſionē culpe pōt expiari in hoc
ſc̄lo p q̄ɋtācūqz qualēcūqz q̄ɋcūqz penā voluntarie
aſſūptā in pctō mortali. g̃ multo minus q̄cūqz vel q̄ta
cunqz vel q̄liſcūqz pena in iferno ex̄ charitatē ꝯ volun
tatē tolerata pōt expiare reatū pene tpalis debite pctō
mortali dimiſſo quo ad culpā. ¶ 7°. ꝛ euidenti⁹ pōt ar-
gui ex dictis eiuſdē. 21. diſ. huius. q. i. arti. 2°. in ſolone 3ᵉ
q̄ſtiuncule. Nam minus videret̄ ꝙ reatus pene pctī ve
nialis dimiſſi in hoc ſc̄lo quo ad culpā eſſet inexpiabilis
in inferno pp ſupueniens pctm̄ mortale q̄ reatus pctī
mortalis in hoc ſc̄lo dimiſſi quo ad culpaz. Sz primus
ſm eū nō eſt expiabilis in iferno. ergo nec ſcd̄s. hoc pro-
bat̄: qꝛ ibidē ſic dicit. Culpa nō pōt ordinari niſi p penā:
qꝛ deus nihil iordinatū relinquit. iō nunɋ̄ culpā ſine pe
na dimittit. In illis aūt q dānant̄ nō pōt aliq̄ culpa di-
mitti nec aliqs reatus tolli: cū charitate careant: p quā
ꝛ culpa purgat̄ ꝛ reatus tollit̄: ꝛ iō culpa venialis in eis
ſp manebit vel ei⁹ reatus: ſi ēt añ pctm̄ mortale: veniale
dimiſſaz fuiſſz q̄tū ad clpā remanēte reatu. Et iō dāna
ti de venialib⁹ eternalr̄ punient̄. Hec ille. Itē ibidez in
ſolone 2ᵉ ſic dr̄. (Dānati carēt charitate ꝛ grā cui⁹ vtu-
te culpa purgat̄ ꝛ reatus: ꝛ iō eoꝝ culpa vel reatus per
penā expiari nō pōt. Et ſic pz ꝙ venialia p accidēs hn̄t
mortalib⁹ adiuncta ī dānatis ꝙ nō ſūt lignū fenū ſtipu
la.) Hec ille. Ex qbus manifeſte apparet ꝙ rn̄ſio quā
dat ī p̄ni diſ. ad argm̄ p ꝯne factū repugnat dictis ei⁹ in
aliqs locis p⁹ facie. iō vr̄ dōm ꝙ in iferno nullus reatus
pene debite peccāti poſt dimiſſionē culpe pōt expiari: ſi
ue pctm̄ remiſſuz fuit mortale aut veniale: vt bn̄ pbāt
p̄dicta. ¶ Sz nūc reſtāt duo dubia. Pri⁹ eſt quō gloſa-
bit̄ aut ſuſtinebit̄ p̄dicta rn̄ſio ſcī Tho. p̄us recitata. 2m̄
eſt quō ſuſtinebit̄ ꝙ pctā dimiſſa nō redeāt ſi pctm̄ in
hoc ſc̄lo ſel̄ remiſſuz quo ad culpā ꝛ penā eternā. poſtea
in recidiuante eternaliter in inferno puniat̄. ¶ Ad pri-
mū dubiū dr̄ ꝙ illud dictū vltimū ſcūs Tho. in p̄ſenti
diſtinctiōe ꝛ rn̄ſione dixit forte inaduertenter: nō reco-
lens de

Nulla poteſt in inferno eē expiatio cuiuſcūqz pene debite.

lens de prioribus dictis ſuis in oppoſitū. Hoc enī facile contingit in tam longo opere ſicut eſt ſcriptū ſ̄rti ſen. Juxta illud Horatij in poetria. Qñqʒ bonus dormitat Homerus: verū opa longū fas eſt obrepe ſomnuʒ. Hec ille. Pōt ēt dici ꝙ ſcūs Tho. illā vltimā rñſionē nō ponit tanꝗ̄ ꝓpriā opōnē: ſʒ tāꝗ̄ recitās dicta ꝓoꝝ doctoꝝ ꝓſerti magiſtroꝝ ſuoꝝ vel ꝯcurrētū. Pōt ʒ° dici ꝙ cū ipſe loq̄ret ī illo articulo de reditu pctōꝝ dimiſſoꝝ per pniām q̄ ad culpā ꝛ reatū pene eterne. iō ꝑ illā rñſiones vel ſilīa dicta ſi q̄ reperiant̄ in libris ei° nō aliud itēdit niſi ꝙ penitēs recidiuās de q̄ fit ſermo in illo 5° argu° nō punieꝫ eternalr ex reditu p̄ʼ reatus ꝗ abolitus eſt vl̄ cōmutatus in reatū pene tpalis: nec ex z° reatu in quē primus cōmutatus ē vl̄ ſucceſſit p̄: ſʒ ſolū v̄tute tertij reat° cauſati ꝑ ſequēs pctm̄ mortale quo recidiuauit ꝛ a ſtatu pnie decidit ꝛ ī quo mortu° ē. Nec ob. qđ dic̄ ꝙ pena inferni ad indiciū pōt minui ꝛc̄. Hoc n. pōt ſane intelligi. Nō qdē ꝙ ibi tollaꝫ culpa vel reatus pene: ſʒ qꝛ dānati nō ſꝑ recolūt de multis q̄ dū actualr cogitanꝫ ab eis: inferūt eis dolorē quēdā accidētalē: ꝛ dū nō actualr cogitanꝫ nō actu cauſant dolorē ſicut dic̄ Pe. de pe. diſ. zz. Et multis alijs modis pōt ad illud dubiū rñderi cū reuerētia ſci doctoris. Hoc adiecto ꝙ ēt Auguſt. multa q̄ iuuenis dixerat retractauit. Et ſilr beās Tho. in ſūma multa correxit q̄ iuuenis dixerat ī ſcriptis ſniaꝝ: iō circa h̄ nō opʒ multū anxiari. ¶ Ad z^m dubiuʒ pʒ rñſio ꝑ ꝓdicta Pe. diſ. 15. recitata. Dōm eſt enī ad illud arg^m ꝙ in cāu arg^ti recidiuāti remiſſa erat pena eterna ſʒ pñtē iuſtitiā: nō aūt ſʒ eternā dei ꝓſciaꝫ. z° dici pōt ſʒ Pe. ꝙ ille ꝓſcit° nō fuit abſolut° a pena eterna niſi ſub ꝯditiōe. ſ. ſi ſatiſfactōeʒ in charitate in h̄ ſclo vel ſi i charitate ꝛ amicitia remittētis ꝑſeueraret: ꝛ ita non ſeq̄ꝫ ꝙ reatus dimiſſus redeat. ʒ°. pōt dici ꝙ ille de q̄ fit ſermo punieꝫ eternalr: nō tn̄ tā acerbe ac ſi pctā ꝓcedētia nō fuiſſent dimiſſa: nec punieꝫ ꝑ p̄ reatu: nec ꝑ z° directe ꝛ ꝑ ſe eternalr: ſʒ ꝑ accidēs punieꝫ eternalr ex adiūctiōe tertij reatus ꝗ cauſaꝫ ex vitio pctō mōtali. ꝛ ita nō ſeq̄ꝫ ꝙ pctm̄ ſelꝫ ꝑ pniaʒ dimiſſuʒ redeat: nec q̄ ad culpā nec q̄ ad reatū ꝓoꝛē ab illo ꝓcedentē imediate: ſʒ ſolū in ſuo effectu occaſionali: inq̄tū reatus ſequētis pcti ī eſt grauior occaſiōe ꝓcedētiū dimiſſoꝝ: ꝛ ꝓcedēs pctm̄ ē occaſio ꝛ cā ꝑ accidēs vl̄ remota: ſic̄ mā vel obiectū ſequētis igratitudinis in recidiuante. Et hec de qōne dicta ſufficiāt. De qua benedictus deus. Amen. Diſtinctio. XXIII.

¶ Utꝝ extrema vnctio ſit ſacr̄m. Qō. I.

Circa vigeſimātertiā diſtinctionē q̄riꝫ. Utꝝ extrema vnctio ſit ſacr̄m. Et arguiꝫ ꝙ nō: qꝛ ſicut oleū aſſumiꝫ ad īfirmos: ita ꝛ ad cathecuminos: ſʒ vnctio que fit oleo ad cathecuminos non eſt ſacr̄m. ergo nec extrema vnctio que fit oleo ad infirmos.

In oppoſituʒ arguiꝫ: qꝛ ſacr̄a nihil aliud ſūt ꝗ̄ q̄dā ſpūales medicine: ſʒ extrema vnctio eſt q̄dā ſpūalis medicina: qꝛ valet ad remiſſionē peccatoꝝ: vt dicit̄ Jaco. 5°. ergo eſt ſacr̄m.

In hac qōne erūt tres arti^li. In p̄ ponēꝫ ꝯnes. In z° obiectiōes. In ʒ° ſolōnes.

Quantū ad p̄^m articulū ſit p̄° ꝯ. Extrema vnctio nō eſt merū ꝛ puru ſacr̄ale: ſʒ ſacr̄ʒ. Hāc ponit ſcūs Tho. p̄ti diſ. q. i. arti. p̄. in ſolone p̄^e q̄ſtiūcule dicēs. (In his q̄ eccl̄ia viſibilr opeꝫ q̄dā ſūt ſacr̄a vt baptiſm°. q̄dā ſacr̄alia vt exorciſm°. Quoꝝ hec ē drīa: qꝛ ſacr̄m dr̄ illa actio eccl̄ie q̄ attingit ad effectuʒ p̄n^ter itentū in adminiſtratōe ſacroꝝ. Sʒ ſacr̄ale dr̄ illa actio q̄ q̄uis non ꝑtingat ad illū effectū: tn̄ ordinaꝫ aliq̄ mō ad illā p̄ncipalē actionē. Effect° aūt p̄ncipalr intentus in adminiſtratiōe ſacroꝝ eſt curatio morbi pcti. Iſa. z7°. Hic eſt oīs fruct° vt tollaꝫ pctm̄: ꝛ iō cū ad hūc effectuʒ ꝑtingat extrema vnctō vt ex v̄bis Jaco. pʒ nec ordinaꝫ ad aliud ſacr̄m q̄ſi ei annexū: cōſtat ꝙ extrema vnctio nō eſt ſacr̄ale ſed ſacr̄ʒ.) Hec ille. Ex q̄bus pʒ in forma rō ꝓ ꝯne. ¶ z^a ꝯ. Effectus p̄n^lis huius ſacr̄i eſt remiſſio pctōꝝ quo ad reliq̄as pcti: ꝛ ex ꝯſequēti etiā q̄tū ad culpam: ſi eā iueniat. Hāc ponit ſcūs Tho. vbi ſupra ar. z°. in ſolone p̄me q̄ſtiuncle dicēs. (Qđlibet ſacr̄m eſt inſtitutū p̄ncipalr ad vnū effectū: q̄uis ēt alios ex ꝯſequēti iducere poſſit. Et qꝛ ſacr̄m efficit qđ figuratiō ex ipſa ſignificatiōe ſacr̄i dʒ accipi eius p̄n^lis effectus. Adhibetur aūt h̄ ſacr̄m ſʒ modū cuiuſdā medicationis: ſic̄ baptiſmus ꝑ modū ablutiōis. Medicina aūt eſt ad expellēdū īfirmitatē: vn̄ p̄ncipalr hoc ſacr̄m eſt īſtitutū ad ſanandū īfirmitatē pcti. vn̄ ſic̄ baptiſmus eſt q̄dā ſpūalis regn̄atio: ꝛ pnīa quedā ſpūalis ſuſcitatio: ita etiā extrema vnctio eſt q̄dā ſpūalis ſanatio vel medicatio. Sic̄ autē corꝑalis ſanatio vel medicatio ꝓſupponit corꝑalē vitaʒ in medicato: ita ſpūalis ſpūalē. Et iō h̄ ſacr̄m nō daꝫ ꝯ defect° q̄b° ſpūalis vita tolliꝫ. ſ. ꝯ originale vel mortale pctm̄: ſʒ ꝯ illos defect° q̄b° hō ſpūaliter īfirmaꝫ: vt non hēat ꝑfectū vigorē ad actus vite grē vl̄ glīe. Et hic defectus nihil aliud eſt ꝗ̄ q̄dā debilitas ꝛ ineptitudo q̄ in nobis relinquiꝫ ex pctō actuali vel originali. Et ꝯ hāc debilitatē hō roboraꝫ ꝑ h̄ ſacr̄m. Sʒ qꝛ hoc robur grā facit q̄ ſecū nō compatiꝫ pctm̄. iō ex ꝯſequēti ſi iueniat aliqđ pctm̄ mortale vel veniale quo ad culpā tollit ipſū: dūmō nō ponaꝫ obex ex ꝑte recipientis. ſicut ēt de eucharīſtia ꝛ ꝯfirmatione dictū eſt. Et iō etiā Jaco. de remiſſione pcti ꝯditionalr loquiꝫ dicens. Si in pctīs fuerit dimitteꝫ ei quo ad culpā. Tn̄ non ſꝑ delet pctm̄: qꝛ nō ſꝑ inuenit. ſed ſꝑ remittit quo ad debilitatē ꝓdictaʒ quā quidā dicūt reliq̄as pctī. Qdā v̄o dicunt ꝙ eſt inſtitutū p̄ncipalr ꝯ veniale: qđ quidē nō pōt dū hec vita agiꝫ ꝑfecte curari. Et iō ſacr̄ʒ exeuntiū ſpālr ꝯ veniale ordinaꝫ: ſʒ hoc nō vr̄ verū: qꝛ pnīa ſufficiēter ī hac vita etiā delet pctā venialia quo ad culpā. Qꝛ aūt nō pōt curari poſt pactā pnīam nō auſert ꝓcedenti pnīe ſuuʒ effectū. et iterū h̄ ꝑtinet ad debilitatē ꝓdictā. Un̄ dōm eſt ꝙ p̄n^lis effectus huius ſacr̄i eſt remiſſio pctōꝝ q̄ quo ad reliq̄as pcti: ꝛ ex ꝯſequēti ēt quo ad culpā: ſi eā inueniat.) Hec ille. Ex q̄bus pōt formari duplex rō pro duplici parte ꝯnis. Pro p̄ma nāqʒ arguiꝫ ſic. Ille eſt p̄n^lis effectus ſacr̄i qui directe ꝛ p̄ncipalr ſignatur per ſacr̄m: ſʒ hoc ſacr̄m principalr ꝛ directe ſig̃t medicatōeʒ īfirmitatis ex pctō relicte. ergo ꝛc̄. Pro z^a arguiꝫ ſic. Oē ſacr̄ʒ ꝯferens grāʒ nō ponēti obicē tollit culpā ſi eā inueniat: ſʒ extrema vnctio eſt hō. ergo ꝛc̄. ¶ ʒ^a ꝯ. Mā proxima huius ſacr̄i eſt oleū ꝑ ep̄m ꝯſecratū. Hāc ponit ibidem arti. ʒ°. in ſolone z^e q̄ſtiuncule dicens. (Quidā dixerūt ꝙ oleū ſimplex eſt mā huius ſacr̄i: ꝛ in ipſa ſcificatiōe olei q̄ fit ꝑ ep̄m perficiꝫ ſacr̄m. Sʒ hoc pʒ eſſe falſuʒ ex his que de eucharīſtia dicta ſūt: vbi oſtēſum eſt ꝙ ſolum illud ſacr̄ʒ ꝯſiſtit in ꝯſecratiōe mā̄e. ꝛ iō dōʒ ꝙ h̄ ſacr̄ʒ in ipſa vnctiōe ꝯſiſtit: ſic̄ baptiſm° in ablutōe: ꝛ mā hui° ſacr̄i ē oleū ſcificatū. Pōt aūt triplex rō aſſignari q̄re exigiꝫ ſcificatio mā̄e in h̄ ſacr̄o: ꝛ in q̄buſdā alijs. Pria eſt qꝛ oīs efficacia ſacroꝝ a xp̄o deſcendit: ꝛ ideo ſacramēta illa quibus ille eſt vſus habent efficaciaʒ ex ſuo vſu ſicut tactu ſue carnis vim regeneratiuā contulit aquis. Sʒ hoc ſacr̄o nō ē vſus: nec aliq̄ corꝑali vnctiōe. ꝛ iō in oībus vnctionib° req̄riꝫ ſcificatio materie. Scđa cā eſt Cur exigiꝫ ſcificatio materie in ſacr̄o extreme vnctiōis et in q̄buſdaʒ alijs.

propter plenitudinē grē que conferē non ſolū vt tollat
culpā ſed etiā reliquias pcti: ⁊ infirmitates corporis. 3° eſt
ex h ꝙ effect⁹ ei⁹. ſ. ſanatio corpalis nō cauſaē ex mate-
rie nālis ppꝛietate: ⁊ iō opꝫ ꝙ hec efficacia ſibi p ſcifica-
tionē detur.) Hec ille. Ex ꝗbus pꝫ rō multiplex p ꝯne.
¶ 4° ꝯ. Forma huius ſacri eſt oṙo deprecatiua ⁊ nō in
dicatiua. Hāc ponit ibidē art. 4°. in ſolone 2ᵉ q̄ſtiūcle
dicēs. (Forma hui⁹ ſacri ē depcatiua oṙo: vt pꝫ per vba
Jac. ⁊ ex vſu romane eccl'ie que ſolū verbis depcatiuis
vtiē in collatōe hui⁹ ſacri. Cuius rō multiplex aſſignaē.
Pꝛio qꝛ ſuſcipiens h ſacrm eſt ppꝛijs virib⁹ deſtitutus:
vñ indiget alioꝝ oṙonibus ſubleuari. 2°. qꝛ daē exeun
tibus qui iā deſinūt eē de foro eccl'ie: ⁊ in ſolius dei ma
nu regeſcunt: vñ ⁊ ei p orationez cōmittunē. 3°. qꝛ hoc
ſacrm nō hꝫ aliquē effectū qui ſp ex operatiōe miniſtri
ꝯſequaē oībus: que ſūt de eſſentia ſacri rite pactis: ſicut
character in baptiſmo ⁊ ꝯfirmatiōe: ⁊ trāſubſtantiatio
in eucbariſtia. remiſſio pcti in pnia exiſtēte ꝯtritione q̄
eſt de eēntia ſacri pnie: nō aūt de eēntia huius ſacri: ⁊ iō
non ↄuenit: ꝛ ſm̃ aliam bona q̄ nãe ſane ↄuenit: ex hac
aũt que eſt finis ei⁹ denominat̃ ſimpliciter bona. Nec
valet tertiũ motiuũ: qꝛ ſimile eſt q̃tum ad hoc ꝙ ſicut
cibus eſt ad ↄſeruationẽ indiuidui: ſic mr̃imoniũ ad
ↄſeruationẽ ſpeciei: ſꝫ diſſimile eſt q̃tum ad hoc ꝙ co
meſtio nõ abſorbet rõnem: ſicut ille act⁹: ſed põt homo
ↄtemplari mãducando: vnde Aug⁹. Ne ſole vobis fau
ces ſumãt cibum: ſꝫ aures eſuriant vbuꝫ dei: ꝑꝑ hoc .n.
legitur in menſa religioſis: ꝛ ſic in iſto bono non eſt pri
uatio maioris boni: ſicut in mr̃imonio. Item 2°. qꝛ co/
meſtio eſt neceſſaria cuilibet ad ſalutẽ proprij boni: nõ
aũt matrimoniũ: vñ non eſt ſimile. Hec Petrus ꝛ be
ne. Ex quibus pꝫ ꝙ virginitas eſt qđ bonum ſm̃ ſe: hoc
addito ꝙ act⁹ ei oppoſitus q̃tumcũq; circũſtantiona/
tus ſemꝑ habet malum annexum pro ſtatu nãe corru/
pte: vt ſupius dictũ eſt: ꝛ delectatio ſibi adiuncta ẽ po/
ti⁹ beſtialis q̄ humana: nec eſt ſm̃ ſe vel ꝑ ſe bona: ſꝫ ẽ
appetibilis quaſi medicina contra triſtitiam: vt hẽtur
7°. ethi⁹. ca°. 14°. ꝛ vltio. Ille etiã actus reſoluit corp⁹:
nec ẽ ꝑ ſe bon⁹: ſꝫ in ordine ad finẽ: ꝛ plura incõuenien
tia hꝫ q̄ virginitas. Ad 2ᵐ. ꝙ 2ᵃ ps minoris hui⁹ argu
tertij ꝑncipal̃ falſa ẽ: nec valet ei⁹ ꝓbatio p̄ᵒ q̄. ſ. videt
ad rõnẽ ſci Tho. ibi recitatã: qꝛ falſe exponit illam au/
ctoritatẽ Leui. vlti. ſ. ꝙ illđ qđ eſt ſemel dño ↄſecratũ
non p̄t in alios vſus cõmutari paſſim ꝛ īdifferenter: ſꝫ
bñ in caſu neceſſitatis: hoc .n. falſũ eſt: ꝛ ↄ intentũ littere.
Qđ aũt adducit̃ de Dauid: nõ valet ꝑꝑ tria. Primũ ẽ
qꝛ ꝓbabilr̃ põt ꝛ dꝫ credi ꝙ tãtus ꝓpheta ꝛ tante ſcien/

Nõ excuſatur Dauid in hoc qđ comedit panes ꝓpoſitionis cũ pueris ſuis.

tie diuinitus īſpiratus attẽtauit comedere panes ꝓpoſi
tionis dño ↄſecratos: alias nõ comeſtur⁹: ſicut nec lice/
ret alicui laico in q̃ntacũq; neceſſitate famis eẽt con/
ſtitut⁹ ꝓpria auctoritate ſatiare ventrẽ ſuũ de hoſtijs cõ/
ſecratis: liceret tñ ei ſi diuinit⁹ ei inſpiraret̃. 2ᵐ eſt ꝙ il/
li panes nõ erant dño totalr̃ ↄſecrati ꝑ modum holo/
cauſti: qn poſſent cedere in vſũ hoīum. Sec⁹ eſt de eo
qđ totalr̃ dño ↄſecrabat̃ per modũ holocauſti: qꝛ de il/
lo nulli hoīum edere licebat: nec in alios vſus ↄuerte/
re. Ille aũt qui religionẽ profitet̃ domino ↄſecrat̃ per
modũ holocauſti. De hoc ſcũs Tho. in tractatu de ꝑfe
ctione ſpũalis vite ca°. 12°. ſic dicit. (Triplex votũ .ſ.
paupertatis ↄtinẽtie ꝛ obediẽtie ↄgrue religiõi adaptat̃.
Nã ſicut dicit Aug⁹. 10. de ciuitate dei: religio nõ quẽli
bet: ſꝫ dei cultũ ſignificare vr̃: vñ ꝛ Tulli⁹ dic̃ i rhetori
ca: ꝙ religio eſt q̄ cuidã ſuperiori nãe quam diuinã vo
cãt: cultũ cerimoniãq; offert: cult⁹ aũt ſoli deo exhibit⁹
in ſacrificij oblatiõe oñdit̃. offert̃ aũt deo ſacrificium
de exterioꝛib⁹ reb⁹ qñ aliquis eas ꝑꝑ deum largit̃ ſꝫ il
lud Heb. vltio. Beñficentie ꝛ cõionis nolite obliuiſci:
talib⁹ enim hoſtijs ꝓmeret̃ deus. Offert̃ ẽt deo ſacrifi/
ciũ de corpe proprio: dũ qui xp̄i ſunt carnẽ ſuam cruci
figunt cũ vitijs ꝛ ↄcupiſcẽtijs: vt aplš dicit Gal. 5°. vn/
de ꝛ ipſe dicit Ro. 12. Exhibeatis corpa vr̃a hoſtiã vi
uentẽ ſanctã deo placentẽ. Eſt ẽt 3ᵐ ſacrificiũ deo acce
ptũ qñ aliqs ſpũm ſuũ offert deo, ſm̃ illud p̄s. Sacrifi
cium deo ſpũs ↄtribulat⁹. Sꝫ ſciendũ eſt ꝙ ſicut dicit
Greg⁹ ſuꝑ Ezechielẽ. Hoc inter ſacrificiũ ꝛ holocauſtũ
diſtat ꝙ oẽ holocauſtũ ſacrificiũ eſt: ſꝫ non oẽ ſacrifici
um eſt holocauſtum: in ſacrificio .n. ps pecudis: in holo
cauſto vo totũ pecus offerri ↄſueuerat: cũ ergo aliquis
ſuũ aliqd vouet deo: ꝛ aliqd non vouet ſacrificiũ eſt:
cũ vero oẽ qđ hꝫ: oẽ quod viuit: oẽ quod ſapit oĩpoten/
ti deo vouerit: holocauſtũ eſt: qđ quidem īpletur ꝑ tria
vota ꝑdicta: vñ manifeſtũ eſt eos ꝑ hꝰ vota deo emit/
tunt: q̄ſi ꝑꝑ holocauſti excellentiã antonomatice reli/
gioſos vocari.) Hec ille. Silr̃ dicit 2ᵃ 2ᵉ. q. 186. arti. 7°.
vbi ſic dic̃. (Religiõis ſtatus tripliciter põt ↄſiderari.
Uno mõ ſm̃ ꝙ eſt q̄ddã ꝑfectionis exercitiũ tenden
di in ꝑfectionẽ charitatis. Alio mõ ſm̃ ꝙ gerat huma
nũ animũ ab exterioꝛib⁹ ſollicitudinibus. 3°. mõ ſm̃
ꝙ ẽ quoddã holocauſtũ per qđ aliqs ſe ꝛ ſua totalr̃ of/
fert: ꝛ ſm̃ h̃ ex his tribus votis integratur religiõis ſta/
tus.) Hec ille. Et declaratis p̄mis duobus de 3° ſic di/
cit. (Holocauſtũ eſt cũ aliqs totũ qđ hꝫ offert deo: vt
dicit Greg⁹ ſuꝑ Ezechielẽ. Hꝫ aũt homo triplex bonũ
ſm̃ p̄hm̃ ꝑ ethi⁹. Primo quidẽ exterioꝝ rerum q̄s quis
totalr̃ deo offert ꝑ votum volũtarie paupertatis. 2ᵐ aũt
bonũ proprij corporis: qđ aliquis ꝑcipue offert deo per
votum ↄtinẽtie: quo abrenũciat maximis delectatiõi/
bus corporis. 3ᵐ aũt bonũ eſt aie: quod aliqs totalr̃ of/
fert deo ꝑ obedientiã qua aliqs offert deo ꝓpriam vo/
lũtatem: per quã homo vtit̃ omnib⁹ habitibus ꝛ potẽ
tijs aie.) Hec ille. 3ᵐ aũt ꝑꝑ qđ non valet ad ꝓpoſitũ
exemplum Dauid eſt: quia ſecus eſt de cibo ſacro: ꝛ ſe
cus eſt de virginitate deo dedicata. De hoc ſcũs Tho.
2ᵃ 2ᵉ. q. 88. arti. 11°. in ſolutione tertij argumenti ſic di
cit. (Cib⁹ directe ordiat̃ ad ↄſeruationẽ ꝑſone: ꝛ ideo
abſtinẽtia cibi directe põt vergere in ꝑiculum ꝑſone:
vñ ex hac parte recipit votũ abſtinẽtie diſpẽſationem:
ſꝫ coit⁹ non ordinatur directe ad ↄſeruationem ꝑſone:
ſꝫ ad ↄſeruationẽ ſpeciei: vnde nec directe abſtinen/
tia coitus per continẽtiam vergit in periculum perſo/
ne: ſed ſi per accidens ex ea aliquod periculum perſo/
nale accidat: poteſt aliter ſubueniri ſcꝫ per abſtinentiã

Religionis ſtatus tripliciter conſiderari poteſt.

Cur votũ ſolẽne abſtinẽtie a cibo ſit recipe diſpẽſationẽ: nõ de votũ ↄtinẽtie

vł alia corpalia remedia.) Hec ille. De ꝑiculo aũt qḋ ṗe
ex h accidere cõitati rñdet ibidẽ in ſolone pͥ: vt ſupra
fuit recitatũ. Ex qͣb⁹ł nullo caſu ꝑlat⁹ eccłie qͨcũqꝫ pȏt
auctũtate ꝑpa virginẽ ꝑ ꝓfeſſionẽ religiõis deo dedica
tã ad ſclm ⁊ ad ꝯhẽdũ mřimoniũ reuocare: ſec⁹ eſſet ſi
ei diuinit⁹ h inſpiraret̃: ſicͭ de pluralitate vxoꝝ dictũ eſt.

Debitũ ꝯti-
nẽtie nõ ꝑ ac
cidẽs ſꝫ ꝑ ſe
ãnexũ ẽ ei ꝗ
religioni ꝯſe
crat.

Dr̃ 3ᵒ. principalr̃ ꝙ ꝯſecratio q̃ fit in ꝓfeſſiõe religiõis
nõ ſe hꝫ ꝑ accñs ad votũ ꝯtinẽtie: ſꝫ ẽẽntialr̃ ⁊ ꝑ ſe: de-
bitũ ꝯtinẽtie ẽ ãnexũ religiõi ꝯſecrate. Nec valet ꝓba
tio in oppoᵐ. Tũ qꝛ ſupponit falſũ. ſ. ꝙ votũ ꝯtinentie
ſolẽnizet̃ idifferẽter ꝑ quãcũqꝫ ꝓfeſſionem religionis.
Dui⁹. n. oppoᵐ dictũ eſt ſupra. Tũ ẽt qꝛ ſupponit ꝙ ſo-
lẽnis ꝓfeſſio ⁊ ꝯſecratio fcã in illa principalr̃ reſpiciat
act⁹ exterioꝛes ⁊ ſpecialr̃ obediẽtie. Dui⁹. n. oppoᵐ verũ
ẽ: qꝛ talis ꝯſecratio reſpicit totũ hoīem: ⁊ oĩa bona que
hꝫ: ſꝫ votũ obediẽtie ſit ꝑncipalr̃. Tũ qꝛ ſuſceptio ſacri
oꝛdinis ẽ ſimplex ſacrificiũ: ꝓfeſſio ṽo ſolẽnis eſt holo
cauſtũ: ideo nõ valet adeq̃tio hui⁹ ad illã quo ad ꝓpo-
ſitũ. Tũ qꝛ ſupponit ꝙ ꝯſecratio religioſi ꝑncipalr̃ cõ-
ſiſtat in bñdictiõe verbali ꝑlati: ⁊ nõ in obligatione to
tius hoīs ⁊ eoꝝ q̃ ad eũs ꝑtinent: ⁊ multa alia falſa ipli
cat ⁊ ſupponit. Dr̃ 4ᵒ. ꝙ 2ᵃ ꝓbatio 2ᵉ ꝑtis minoris q̃ ꝓ
cedit de additiõe ſolẽnitatis ad votũ: nõ valet: funda-
tur. n. in q̃dã falſo. ſ. ꝙ ſolẽnitas voti non addat ad vo
tũ ſimplex niſi q̃ndã decoꝛẽ accidẽtalẽ: ſicͭ ſolẽnitates
addũt ad ſacrã decoꝛẽ: ſꝫ nõ aliq̃d eſſentiale ſacramen
tis. hoc. n. falſũ eſt: vt dictũ fuit ſupra rñdẽdo ad obie
cta Scoti ꝯ 2ᵘᵐ ꝯnẽ. Itẽ ꝙ aliḃ ſit de ſolẽnitate voti ⁊
de ſolẽnitate ſacri oñdit ſcũs Tho. di. 38. q. i. arti. 2ᵒ. q̃-
ſtiũcula 2ᵃ. vbi arguit ſic 4ᵒ loco. (Sicͭ votũ hꝫ q̃d q̃
ꝑtinẽt ad ſolẽnitatẽ: ita mřimonium ⁊ alia ſacrã: ſꝫ in
mřimonio nõ diſtinguit̃ mřimoniũ ſimplex a ſolẽni:
ꝗ nec in voto talis diſtĩctio eẽ dꝫ.) Ecce argᵐ. Sequit̃
rñſio. (Dicẽdũ inq̃t ꝙ mřimoniũ ⁊ alia ſacrã hñt ple
nũ effectũ ſuũ pretermiſſis hiis q̃ ad ſolẽnitatẽ ſacri ꝑ-
tinẽt: ꝑꝑ h ꝙ hñt efficaciã ex diuina virtute ⁊ nõ ex in
ſtitutiõe humana: ſed votũ qḋ obligat ꝑ id qḋ ab hoīe
eſt: nõ hꝫ ꝑfectam vim obligãdi niſi debita ſolẽnitate
adhibita: ⁊ iõ votũ diſtinguit̃ ꝑ ſolẽne ⁊ nõ ſolẽne: non
aũt mřimoniũ aut aliud ſacrm̃.) Hec ille. Ex qͣb⁹ pꝫ ꝙ
ſilitudo quã arguẽs ꝓponit non valet: nec ꝑ ꝯñs ꝓba-
tio ſuꝑ illa fũdata. (Ad 2ᵐ ꝑncipale negat̃ bᵉʳ: qꝛ ta
lis idiſpẽſabilitas nõ militat ꝯ charitatẽ: cũ ꝓcedat ex
ꝑfecta dilectiõe dei ⁊ ꝓximi: vñ argᵐ paꝝ hꝫ apparen-
tie: qꝛ ſili mõ ꝓbaret̃ ꝙ papa poſſet diſpẽſare in plura-
litate vxoꝝ vel maritoꝝ: ⁊ multa alia falſa ſeq̃rent̃: ſi
modus ille arguẽdi valeret. (Ad pᵐ petri dr̃ ṗ ꝙ aſ-
ſumit dubiũ: ⁊ foꝛte falſũ in illa ſilitudine quã ponit. ſ.
ꝙ obligatio ad act⁹ religiõis nõ ſit eſſentialis ipſi reli-
giõi: ſicut nec obligatio ad act⁹ mřimonij eſt ẽẽntialis

Obligatio
ad actus reli
giõis ẽ eſſen
tialis ipſi re-
ligiõi: nõ ſic
ł obligatiõe
mřimonij ad
act⁹ ꝯiugales
ẽ eſſentialis
mřimonio.

mřimonio. Dui⁹. n. oppoᵐ vł ſentire btũs Tho. 2ᵃ 2ᵉ.
q. 183. arti. ṗ. vbi dicit (ꝙ illḋ ſolũ vr̃ ad ſtatũ hoīs ꝑti
nere qḋ reſpicit obligationẽ ꝑſone hoīs ꝑut. ſ. hõ eſt ſui
iuris vel alieni: ⁊ h nõ ex aliq̃ leui cã vel de facili mu-
tabili: ſꝫ ex aliq̃ ꝑmanẽte: ⁊ h ẽ qḋ ꝑtinet ad rõnẽ ſer
uitutis vel libertatis: vñ ſtat⁹ ꝓprie ꝑtinet ad liberta-
tẽ vel ſeruitutẽ ſiue in ſpũalib⁹ ſiue in ciuilibus.) Hec
ille. Itẽ. q. 183. arti. 5ᵒ. ſic dicͭ. (Ad ſtatũ ꝑfectiõis reqͥri-
tur obligatio ꝑpetua ad ea q̃ ſunt ꝑfectionis cũ aliqua
ſolẽnitate: vtrũqꝫ aũt hoꝝ cõpetit religioſis ⁊ epĩs: reli
gioſi. n. voto ſe aſtringũt ad h ꝙ a reb⁹ ſclaribus ſe ab
ſtineãt quib⁹ licite vti poterãt ad h ꝙ liberi⁹ deo vacẽt
in q̃ ꝯſiſtit ꝑfectio pñtis vite. Hoꝝ ẽt obligatio fit cũ
q̃dã ſolẽnitate ꝓfeſſiõis ⁊ bñdictiõis ⁊c̃. Itẽ. q. 186. ar
ti. ṗ. per totũ dicit ꝙ religio nolat ſtatũ ꝑfectiõis. Ex q

bus appet ꝙ religio ẽẽntialr̃ ⁊ intrĩſece iportat ſtatũ: ⁊
ꝙ ſtatus ſpũalis ẽ obligatio ad opa perfectionis: ⁊ cõ
ſeq̃nter ꝙ religio ſit ẽẽntialr̃ ⁊ intrĩſece q̃dã obligatio.
Dr̃ 2ᵒ. ꝙ ſiue obligatio illa ſit de ẽẽntia religiõis: ſiue
paſſio ꝑ ſe ꝯñs ad eſſentiã religiõis ipſa alr̃ obligat ad
ꝯtinẽtiam q̃ꝫ vinculũ mřimonij ad actũ ꝯiugalem: qꝛ
obligatio religiõis ad ꝯtinẽtiã eq̃pollet ꝑcepto negati-
uo: qḋ obligat ad ſemꝑ ⁊ ꝓ ſemꝑ: vinculum aũt matri
monij hꝫ viꝫ ꝑcepti affirmatiui qḋ nõ obligat ad ſem-
per: ſꝫ ꝓ loco ⁊ tpe determinatis: ⁊ cũ certis ꝯditiõib⁹.
iõ ſilitudo paꝝ valet. Dr̃ 3ᵒ. ꝙ falſuꝫ eſt ꝙ papa poſſit
diſpẽſare ꝙ monach⁹ manẽs monach⁹ vxoꝛet̃: nec va-
let ꝓbatio: qꝛ in ſolẽni ꝓfeſſiõe religionis addit̃ ſupra
votũ ſimplex aliq̃d diuinũ: ⁊ nõ mere poſitiuũ aut hu
manũ. ſ. ꝯſecratio ⁊ q̃ddã holocauſtũ vouẽtis ⁊ ꝓfiten
tis: qḋ non lꝫ violari: nec in vſus humanos cõuerti: vñ
lꝫ ꝓfeſſio mãliter ſit q̃d humanũ: tñ formalr̃ eſt quid
diuinũ. Dui⁹ ſilr̃ in alio ꝓpoſito dicit ſcũs Tho. ꝺ ma-
lo. q. 2. arti. 4ᵒ. in ſolone. 13. vbi ſic dicͭ. (Iuſta ⁊ bona
poſſũt duplr̃ ꝯſiderari. Uno mõ formalr̃: ⁊ ſic ſemꝑ ⁊

Iuſta ⁊ bo-
na ſi formalr̃
ſũmũt̃ ſemꝑ ⁊
vbiqꝫ ſũt ea-
dẽ: ſec⁹ mate
rialiter.

vbiqꝫ ſũt eadẽ: qꝛ ꝑncipia iuris q̃ ſunt in nãli rõne non
mutant̃. Alio mõ mãliter: ⁊ ſic nõ ſũt eadẽ iuſta ⁊ bo-
na vbiqꝫ ⁊ apud oẽs: ſꝫ oꝫ ea lege determinari. Hoc cõ
tingit ꝑꝑ mutabilitatẽ nãe humane: ⁊ diuerſas ꝯditio-
nes hoīm ⁊ reꝝ ſm diuerſitatẽ locoꝝ ⁊ tẽpoꝛuꝫ: ſicut
ſemꝑ iuſtũ eſt ꝙ in emptiõe ⁊ vẽditiõe fiat cõmutatio
ſm equalens: ſꝫ ꝓ mẽſura frumenti iuſtũ eſt vt in tali
loco vel tpe tñ det̃: ⁊ in alio loco vel tpe non tñ det̃ ſꝫ
plus vel min⁹.) Hec ille. Sic in ꝓpoſito dico ꝙ huma-
nũ ⁊ poſitiuũ eſt ꝙ in ꝓfeſſiõe ſeruetur hec aut illa foꝛ
ma ṽboꝝ: aut aſſumat̃ talis habit⁹ vel talis: ſꝫ ꝙ ꝓfi-
tẽs abrenũciet mũdo ⁊ abneget ſemetipſũ: ⁊ ſequatur
xp̃m ꝑ viam ꝯtinentie paupertatis ⁊ obedientie: de iure
diuino ẽ: ⁊ ſilr̃ ꝙ manũ mittens ad ꝑfectionis aratruꝫ
nõ reſpiciat retro: in q̃ precipit̃ perſeuerãtia religionis
vſqꝫ ad finẽ: diuinũ preceptũ eſt: nõ humanũ: ſicut ⁊ il-
lud. Uouete ⁊ reddite dño ⁊c̃. Nec papa accepit ptãteꝫ
ꝯ veritateꝫ vite vel doctrine vel iuſtitie: nec ad deſtru-
ctionẽ perfectiõis: ſꝫ ad edificationẽ: ſicut de ſeipſo te-
ſtat̃ Paulus. 2. Coꝛi. 13ᵒ. Non eñi poſſum⁹ aliq̃d aduer
ſus veritatẽ: ſꝫ pro ṽitate: ⁊ poſt. Ptãtẽ dedit mihi dñs
in edificationẽ: ⁊ nõ in deſtructionẽ vr̃aꝫ. Dr̃ 4ᵒ. ꝙ oẽꝫ
obligationẽ q̃ mere ẽ ex ſtatuto eccłie: nec hꝫ ãnexã cõ
ſecrationẽ ꝑ modũ holocauſti ꝑceptã ex iure diuino vł
ꝯſultã: ⁊ ei⁹ ſublatio vł diſpẽſatio ṽgit in edificationeꝫ
⁊ nõ in deſtructionẽ: papa pt tollere: ſꝫ h nõ hꝫ locuꝫ in
ꝓpoſito: qꝛ relinq̃nti ꝑfecte ſclm ꝑcipit̃ nõ reuerti ad
relicta: nec aſpicere retro: alias dr̃ inept⁹ ad regnũ dei: ſi
cut pꝫ Luce. 9ᵒ. Itẽ Math. 24ᵒ Qui in tecto ẽ nõ de
ſcẽdat tollere aliq̃d de domo ſua: ⁊ qui in agro eſt ⁊c̃.
(Ad 2ᵐ dr̃ ṗ ꝙ ihabilitas monachi ſolenniter ꝓfeſſi
ad mřimonium ꝯhendũ nõ eſt iducta ex ſolo ſtatuto ec
cleſie: ſed ex iure diuino tã in veteri q̃ꝫ in noua lege: vt
dictũ eſt. Dr̃ 2ᵒ. ꝙ exẽplũ addnctũ ꝺ Dina ⁊ Moyſe nõ
ẽ ad ꝓpoſitũ: qꝛ neuter eoꝝ erat dedicat⁹ deo ꝑ modũ
holocauſti: ſicut ẽ religioſus ſolenniter ꝓfeſſus. Dicit̃
3ᵒ. ꝙ papa nõ pȏt tollere obligationẽ religioſi ſolenni-
ter ꝓfeſſi ad vota ꝑncipalia religionis quibus abrenũ-
ciatur mũdo ⁊ dedicat̃ deo: ⁊ lꝫ in obligatione anteq̃
fiat: itelligat̃ excepta auctoꝛitas pape: tñ ex q̃ aliq̃ ob-
ligatio facta ẽ auctoꝛitate in hiis q̃ ꝯcernũt holocauſta
dei: papa talem obligationẽ irritare nõ poteſt ꝑſertim
cũ talis diſpẽſatio vel irritatio eẽt ꝯtra ꝑceptuꝫ dei vel
eius conſilia: ⁊ cederet in prophanationem ſanctoꝛuꝫ:
cuiuſmodi eẽt in ꝓpoſito. Dicitur 4ᵒ. ꝙ illud qḋ dicit̃

de calice

de calice ſci Dionyſij vr̃ falſū: ⁊ iſtō cū p̄cedentib⁹ vr̃ eē adulatio pape: ⁊ p̄tātis ei⁹ temeraria ā̄pliatio ꝯ̄ p̄cepta ⁊ ꝯſilia dei. Dr̃ 5°. ꝙ exemplū adductū de rege aragonū non ꝯcludit: q2 p̄t dici ꝙ ille nō erat ſolēniter pfeſſus: vel ꝙ papa h̄ fecit ex ſpāli ꝯſilio ſpūs ſci: ⁊ non ex ordinaria p̄tāte: nō audeo addere 3m. ſ. ꝙ errauerit in tali fcō: non tāgente fidē: tñ ſm nōnullos illud non eēt multū inconueniēs ſm qđ dicit in ſuo ſīl̃i ſanctus Tho. 9° q̄libet. q. vlti. q̄ q̄rit: vtꝝ oēs ſancti q̄ ſunt p eccliam canonizati ſint in glīa: vel aliq̄ eoꝝ ſint in inferno. Dic. n. ſic. (Aliqđ pōt iudicari poſſibile ſ3 ſe cōſideratū qđ relatū ad aliqđ extrinſecū impoſſibile inuenit. Dico ḡ ꝙ iudiciū eoꝝ qui p̄ſunt ecclie errare in q̄buſcūq3 ſi pſone eoꝝ tm̄ inſpiciant poſſibile eſt: ſi vō ꝯſideret diuina p̄uidētia que eccliam ſuā ſpū ſcō dirigit vt nō erret ſicut ipſe p̄miſit Joā. 14°. ꝙ ſpūs ſanct⁹ adueniēs doceret oē3 veritatē de neceſſarijs. ſ. ad ſalutē: certū eſt ꝙ iudiciū vniuerſalis ecclie in his errare que ad fidē ꝑtinent īpoſſibile ē: vñ magis ē ſnie pape credēdu3 ad quē ꝑtinet de fide determinare: quā in iudicio ꝑferet: q̄3 quorūlibet hoīum ſapientium in ſcripturis opinione: cū Cayphas q̄uis neq̄3 tñ q2 pōtifex legat̃ etiā3 inſcius ꝓphetaſſe. Joā. xi°. In aliq̄s vō ſenteīijs q̄ ad ꝑticularia fcā pertinēt vt cū agit̃ de poſſeſſionib⁹ vel de criminib⁹: vel de hōi poſſibile ē iudiciū ecclie errare ꝓpter falſos teſtes ⁊c̃.) Hec ille. (Ad 3m dr̃ p̄ ꝙ ſicut papa non pōt facere q̄n monach⁹ profeſſus fuerit obligat⁹ ad tria vota religiōis: ita nec pōt facere ꝙ deſinat q̄diu viuit eē ad illa tria obligatus: q2 h̄ ꝓhibet iure diuinū. Luce 9°. ⁊ Leuiti. vltio. Nec valet qđ dr̃ de voto: q2 in ꝓfeſſiōe religiōis non ſolū eſt votū: immo holocauſtum: qđ non l3 alicui in humanos vſus ꝯuertere. Dr̃ 2°. ꝙ obligatio ad ſilētiū vel abſtinentia a carnibus nō eſt ita eſſentialis religioni: ſicut obligatio ad tria vota: ⁊ h̄ ſiue loq̄mur de ipſa religiōe ſimplr̃ ⁊ in gn̄e: ſiue de religiōe ꝯ̄cta ad aliquā ſpēm: nec ſeq̄tur ꝙ vna religio non differat eſſentialr̃ ab alia. De h̄ ſcūs Tho. 2ª 2e. q. 188. arti. p̄. vbi arguit ſic. (Ea q̄ in eēntialib⁹ cōueniūt non diuerſificant̃ niſi ſm ſe vel ꝑ accñs: ſ3 ſine trib⁹ votis eſſentialib⁹ religiōis nō eſt aliq̄ religio: ḡ vr̃ ꝙ ſpēs religionū non diuerſificent̃ niſi ſolū ꝑ accñs.) Ecce argm̄. Sequit̃ r̄ñſio. (Dicēdu3 ꝙ tria eſſentialia vota religiōis ꝑtinent ad exercitiū religiōis: ſicut quedā principalia ad q̄ oīa alia reducunt̃: ad obſeruādum aūt vnūquodq3 eoꝝ diuerſimode ſe p̄t aliq̄s diſponere: puta ad ſeruādū votum ꝯtinētie ſe diſponit aliq̄s ꝑ loci ſolitudinē ꝑ abſtinentiā: ⁊ ꝑ mutuā ſocietatē: ⁊ per multa alia hō. Et ſm h̄ p3 ꝙ cōitas eſſentialiū votorū cōpatit̃ diuerſitatē religionū. Tū ꝓp diuerſas diſpoſitiones. Tū ꝓp diuerſos fines.) Hec ille. Item quō tria vota aliter cadūt ſub ꝓfeſſiōe q̄3 exteriores obſeruantie oñdit. q. 186. ar. 9°. vbi ſic dicit. (In regula ꝯtinetur aliqđ duplr̃: vno mō ſicut finis regule puta ea q̄ ꝑtinent ad act⁹ virtutū: ⁊ hoꝝ tranſgreſſio q̄tū ad ea q̄ cadunt cōiter ſub p̄cepto obligat ad mortale: q̄tu3 vō ad ea q̄ excedūt cōiter neceſſitatē precepti: nō obligat ad mortale: niſi ꝓp ꝯtemptū: q2 religioſus nō tenet̃ eſſe ꝑfect⁹ ſ3 ad ꝑfectionē tendere: cui ꝯ̄riat̃ perfectionis ꝯtent⁹. Alio mō ꝯtinet̃ aliqđ in regula ꝑtinēs ad exteri⁹ exercitiū: ſicut ſunt oēs exteriores obſeruātie: inter q̄s ſunt q̄dā ad q̄s obligat̃ religioſus ex voto ꝓfeſſiōis. Votu3 aūt ꝓfeſſiōis reſpicit p̄ncipalr̃ tria p̄dicta. ſ. paupꝑtatē continentiā ⁊ obediētia3: alia vero oīa ad hec ordinant̃: ⁊ idō trāſgreſſio hoꝝ obligat ad mortale: alioꝝ aūt trāſgreſſio nō obligat ad mortale niſi ꝓp ꝯtemptu3 regule: q2 h̄

Una religio differt eſſentialr̃ ab alia.

Qualis ꝯtēptus ꝯ̄riat̃ ꝑfectioni.

directe ꝯ̄riaret̃ ꝓfeſſioni ꝑ quā aliq̄s vouet regularem vitā: vel ꝓp preceptū ſiue oretenus a p̄lato factu3 ſiue in regula expreſſū: q2 h̄ eſſet facere ꝯ̄ obediētie votu3.) Hec ille. Ex q̄b⁹ p3 ꝙ abſtinētia carniū vel ſilentiū q̄ tūcūq3 ꝯtineant̃ in regulis vel ſtatutis religiōis: nō ſūt ita eſſentialia aut ſubſtātialia religiōi in gn̄e vel in ſpecie: ſicut ꝯtinētia obediētia ⁊ paupꝑtas: ⁊ ꝯ̄ter nō ita pōt papa diſpēſare ī vltimis trib⁹ votis ſicut in p̄mis. (Ad 4m dr̃ ꝙ rōnes inducte ꝑ parte nr̃a male ſoluūtur: ⁊ q̄ dē r̄ñſio ad p̄m non valet: q2 inualidū h3 fundamētū. ſ. ꝙ papa poſſit facere de monacho nō monachum: nec gloſa decretalis valet: cū deſtruat textum: ad qđ facit gloſa ordinaria ſuꝑ dicto. c. q̄ ſic dicit. Vincēti⁹ ⁊ Joā. dixerūt ꝙ papa nō pōt diſpēſare vt monachus hēat ꝓpriū extra monach⁹: ſ3 de monacho pōt facere non monachū. Aliq̄ dicūt ꝙ p̄t diſpēſare ꝓp plenitudinem p̄tātis ꝙ monachus hēat ꝓpriū q2 ip̄e p̄t auferre ſubſtātiā: ⁊ de nihilo pōt aliqđ facere. Et exponunt ꝙ hic dr̃ non pōt licentiā indulgere: ideſt nō ꝯgruit p̄tāti illius. ſ3 puto veꝝ ꝙ papa in his duob⁹ non pōt indulgere: vt lr̃a iſta dicit: et ſi vellet: nā ꝯ̄ votū caſtitatis diſpenſare non pōt ⁊c̃. Hec glo. cū multis ibidē ad h̄ ꝓpoſitū allegatis. Silr̃ nec r̄ñſio ad 2am rōnē valet: q2 ſupponit ꝙ ſbabilitas ſolēniter ꝓfeſſi ad mr̄imoniū ꝯ̄hendū: ⁊ ad reſpiciēdū retro ſit mere de ſtatu ecclie: ⁊ nō de iure diuino: cui⁹ oppoſitum eſt veꝝ. Vlteri⁹ ſolutio ad 3am rōnē nō valet: q2 ſupponit ꝙ idō ſolū ꝓfeſſio ſolēnis ſoluit mr̄imoniū non ꝯſūmatū: q2 ē quedā mors ciuilis cōis religioſo ⁊ heremite. Hoc āt non ē veꝝ: imo eſt ſpālis cā in ꝓfitēte cenobita q̄ nō ē in puro heremita: q2. ſ. ſolēniter ꝓfeſſus religionē in manu p̄lati: effect⁹ eſt ſpōſa xp̄i ⁊ ꝯ̄xit mr̄imoniū ſpūale cū xp̄o: qđ non l3 vilaten⁹ corporalr̃ maculari: eſt ēt effect⁹ holocauſtū dei: qđ non l3 in ꝓphanos ⁊ ſclares vſus ꝯuerti: ſec⁹ de puro heremita. Nec tñ vr̃ ſufficiēter ꝓbari ꝙ papa diſpēſare poſſit in morte ciuili ſimplr̃ ꝑ h̄ ꝙ heremita vel religioſus cōpellit̃ ad aſſumendū prelaturā: q2 per h̄ nō redit ad vitam ſclarem: nec ad ꝓphanos vſus aut ſclares: ſ3 poti⁹ ad ꝑfectionis ſtatū ⁊ gradū altiorem q̄3 prius. ſicut oñdit ſcūs Tho. 2ª 2e. q. 184. ar. 7°. vbi ſic arguit. (Nulli l3 a maiori ſtatu ad minorē tranſire: h̄ enī3 eſſet retro aſpicere: ſ3 pōt aliq̄s a ſtatu religiōis tranſire ad ſtatu3 ep̄alem. Dicit̃ enim. 18. q. i. ꝙ ſacra ordinatio de monacho ep̄m facit: ḡ ſtatus ep̄oꝝ eſt ꝑfectior q̄3 ſtatus religioſoꝝ.) Hec ille. Iteꝝ. q. 88. arti. xi°. in ſolutione 4i ſic dicit. (Religioſus q̄ fit ep̄s ſicut nō abſoluit̃ a voto cōtinētie: ita nec a voto paupꝑtatis: q2 nihil d3 hēre ꝓpriū: ſ3 ſicut diſpēſator bonoꝝ cōiū ecclie ſilr̃ ñ abſoluit̃ a voto obediētie: ſ3 ꝑ accñs obedire ñ tenet̃: ſi ſuꝑiorē non hēat: ſicut ⁊ abbas monaſterij q̄ ñ ē a voto obediētie abſolut⁹.) Hec ille. 4a rō pꝫ valent⁹ ſolo vim ei⁹ ſufficienter euacuatā: ō de illa ꝑtranſeo. (Ad arg. Hodo. ſufficiēter r̄ñdet Bernardus de gānaco ad ſingula dicta ei⁹ ſic dicēs. Aliq̄ dicit q̄ non ſūt vera: puta ꝙ ꝯtinētia monachal̄ non eſt de eſſentia virtutis ꝯtinētie. Hoc enī ē abſolute veꝝ: ſ3 vt eſt monachal̄: falſum eſt: q2 eſt de eſſentia ꝯtinētie deo ꝑ votū dedicate. Vbi ſciendū eſt ꝙ ſicut q̄dam virtutes ſunt gn̄ales ſicut latria: q2 vtitur actu aliaꝝ virtutū ad cultū diuinū: ⁊ ideo actu ꝯtinentie vtit̃ cum q̄s ꝓpter deū ꝯtinētiā vouet: ⁊ ideo continentia monachalis verum eſt ꝙ non eſt de eſſētia cōtinentie ſimpliciter: ſicut nec homo de eſſentia animalis: ſed tamen eſt de eſſentia continentie deo dedicate vt ſic: ⁊ ideo talis continentia eſt ſpecialis virtus: que h3 aliqđ de ꝯtinētia ſimplr̃ dicta: ⁊ aliqđ de latria: vñ

nõ ē gradus ꝯtinētie:ſ3 ſpēs. Et idē poſſet dici de abſti nētia carniũ:ſ3 nõ ſit ſiĺe de abſtinentia a carnib⁹: ⁊ de abſtinētia ab actu carnali vĺ mr̃imonio:q2 abſtinere a mr̃imonio ꝑꝑ deũ ꝑncipali⁹ eſt ꝙ̃ abſtinere a carnib⁹: q2 act⁹ carnalis magis retrahit ab actuali dilectiõe di uina: ꝙ̃ nõ abſtinere a carnibus:⁊ ideo continentia eſt ꝑncipale votum in omni religiõe: non aũt abſtinere a carnib⁹:non ē aũt ſufficiēs arg^m ꝙ ꝯtinētia monachalis nõ preferaẗ ꝯtinētie ſimpl̃r:q2 celibat⁹ Joānis non ꝓferẗ mr̃imonio Abrahe:q2 certũ eſt ꝙ ꝯtinentia mo nachalis ꝓferri d3 ꝯtinētie ſimpl̃r:q2 ē actus latrie vt monachalis:⁊ q2 deo dicata eſt nõ ad tēpus:ſ3 ſemper: eq̃tur tñ ei mr̃imoniũ Abrahe ꝑꝑ duo. Prio q2 ex tan ta charitate Abrahã vtebaẗ actu ꝯiugali ſicut Joānes celibatu:vñ ⁊ vterq3 vtrũq3 ad deuz ordinabat. 2°. q2 mr̃imoniũ Abrahe erat nõ ſolũ ad multiplicãdum ho mines corporaĺr:ſed ēt ſpiritualr̃:q2 nati de Abrahe3 iſtructi erãt in cultu diuino qḋ neceſſariũ erat ꝑ illo tē pore:ħ tñ nũc non h3 locũ:vñ ꝯtinētia monachaĺ deo dicata ad ſemꝑ eſt melior ꝙ̃ ꝯtinentia ſimpl̃r: vel etiã ꝙ̃ mr̃imoniũ. Talis ĝ ꝯtinētia virtus quedã eſt ſpecia lis:ſ3 non ſemꝑ fuerit:ſicut nec oēs ſpēs latrie ſemper fuerũt. Qḋ ãt dicit ꝙ meli⁹ eſt hēre pacē eccl̃ie ꝙ̃ con tinere:q2 cõis ⁊ diuini⁹:ſoluũt aliq ⁊ dicũt ꝙ non:imo meli⁹ eſt ꝯtinere ſicẗ monachus ꝯtinet ꝙ̃ qḋcũq3 crea tu3:q2 ꝯtinētia monachalis ex ħ ꝙ deo dicaẗ in perpe tuũ bonũ:quoddã diuinũ eſt:⁊ infinitũ valorē aliquo modo ꝯtiȝ:vñ incõtum bonũ diuinum eſt prepõderat oĩ bono creato:nec ē eq̃ ponderatio aie continentis: ſi aũt accipiaẗ ꝯtinentia ſm ſe:vel incõtũ eſt bonum ſin gularis ꝑſone:pax eccl̃ie eſt melior:non tñ incõtu3 eſt deo dicata ⁊ bonũ diuinũ. Nec valet ſolutio qua3 dat ad auctitate3 eccl̃i.q2 non eſt ꝯſuetudo ſcripture ꝑ con tinētiam accipere oēm virtutē. Tum ēt q2 mr̃imoniũ tollit ꝯtinentiã deo dicatã:ꝯtinentia.n.deo dicata dire cte opponiẗ matrimonio:⁊ ſic ꝑ⁹ ratio nõ valet. 2ª pōt ſolui:q2 nõ perit tot⁹ mundus:ſi religioſus iſte nõ ꝯtiȝ: q2 multe alie vie ſunt ꝑhas periculo occurri ꝑt. Jtē da to ꝙ periret:iſte magis teneẗ vitare periculũ dãnatio nis ꝓprie ꝙ̃ ipſius mũdi. Nec valet vt dicant ꝙ papa h3 diſcernere in q̃ caſu debeat obſeruari votũ:q2 in il lo caſu d3 ſeruari votũ in q̃ papa dat licẽtiam ſpēlē ſer uandi ⁊ vouēdi:ſ3 hec eſt in oĩ religiõe approbata a pa pa:⁊ ideo oē tale votũ tenendũ eſt:vñ ſ3 in voluntate pape eēt ante igreſſũ religionis ꝙ iſte poſſet vouere: vel nõ:tñ poſtq̃ vouit voto de q̃ licentiã dedit: votum t3:nec ꝑt reuocare:cũ ſit factu3 ſuꝑiori.ſ.deo:ſicut nec vir pōt reuocare votũ vxoris poſtq̃ ei licentiã vouēdi dedit:ſ3 vxor non poſſit vouere ſine licẽtia viri. ❡ Ad 3^m rõnem dicēdũ eſt ſm alios ꝙ a^s eſt falſa:q2 aliqḋ pōt hēre vigorē ex ſtatuto eccl̃ie:qḋ nõ pōt mutari ex eccl̃ie ſtatuto:ſicut calix ꝯſecrat⁹ ⁊ aqua bñdicta nõ ꝑt nõ eſſe bñdicta:ita anteq̃ iſte voueret ꝯtinentiam:po terat eccleſia facere ꝙ nõ voueret:ſ3 poſtq̃ vouit:dica tus ē deo:⁊ nõ pōt amplius nõ eſſe ꝯſecratus deo ꝑ cõ tinētiam ꝑpetuã:ritus tñ oēs exteriores q̃ ſunt in reli gionib⁹ vel ſatiſie:⁊ nõ ſunt de neceſſitate forme vel mãe pōt eccleſia mutare. De eo aũt q̃ eſt ordinatus ad ſub diaconatũ dicimus idē quod de religioſo:ſ3 fortius ſit in religioſo ꝙ̃ in ſubdiacono:q2 religioſus frangendo votũ ꝯtinentie frangit omnia alia vota ſcilicet obediē tie:quia tenetur reddere debitum vxori:ſi eſſet verus vir:⁊ paupertatis:quia oportet habere bona vnde pai deat vxori ⁊ proli:que duo in ſubdiacono non ſunt:⁊ iḋ minus videtur ꝙ debeat diſpenſari cum religioſo ꝙ̃ cum ſubdiacono. ❡ Ad aliud quod poſtea dicit de ſan ctificatione religionis ab homine conficte: dicendum ꝙ falſum dicit:quia nulla fictio vel conficio eſt ĩ hoc ꝙ religiones ſunt:ſed confirmatio ⁊ approbatio eccle ſie:que regitur ſpiritu ſancto:⁊ religiones approbate a curia romana non ſunt ficte ab homine: ſicut iſte fin git:ſed inſpirate a ſpiritu:⁊ a ſancta eccleſia confirma te:ſic enim poſſet dici de eccleſia conſecrata ⁊ aqua be nedicta ⁊ aliys que a ſanctis patribus inuenta ſũt ⁊ cõ firmata ⁊ approbata per eccleſiam:vnde melius ⁊ ve rius loqui potuiſſet. ❡ Ad aliud dicendum ꝙ actus matrimoniales licet ſint honeſti:tamen contrary ſunt non continentie ſimpliciter:ſed cõtinentie deo in ꝑpe tuum dicate. Per predicta patet ad oĩa que dicit. Hec Bernardus ⁊ hĩ:⁊ ꝯcorditer ſancto Tho. Decretalis vo ꝑ arguētē inepte gloſaẗ:ſicut p3 inſpiciēti gloſam ordinariã:quã ſuꝑius induximus⁹: ❡ Ad vltimũ qḋ ē Henri.p3 riſſo ꝑ ꝑdicta:nã act⁹ mr̃imony eſt ꝯrius virginitati ⁊ ꝯtinētie deo dedicate: cui⁹ oppo^m dicit arguēs. Silr aliḋ falſu3 aſſumit ꝙ in aliq̃ caſu liceat lapides altaris ꝯſecratos ꝓphanare manente ꝯſecra tione. Cũ aũt dicit ꝙ in oĩ obligatiõe itelligiẗ aucto ritas ſuꝑioris excepta ⁊c. ſolutũ eſt ꝑus:q2 hoc veru3 eſt niſi votũ vĺ obligatio fiat de licẽtia Pape:cuius eſt ſolēnis ꝓfeſſio in religione ꝑ eccl̃iam approbata ⁊ ꝯfirmata. Cũ aũt dicit ꝙ viuere in mr̃imonio vel ex̃ eſt q̃d inſtitutũ ꝑ hoīe3 ⁊c. Dr̃ ꝙ religiones q̃ ad ſuũ formale ſunt inſtitute a xp̄o q̃ in euãgelio ꝯſulit ꝯtinentiã obedientiã paupertatē:⁊ ꝑcepit ponentem manũ ad aratrũ nõ reſpicere retro. Sed quo ad ſuũ mãle:ſc3 quo ad modũ ⁊ diſpoſitione3 ſeruandi illa tria:⁊ quo ad exteriores ritus ⁊ obſeruãtias ſũt inſti tute ab eccleſia ⁊ apoſtolis inſpirate ſpiritu ſcõ:ſicut p3 de Paulo ⁊ Matheo q̃ ſacras virgines velabant: ⁊ de Dionyſio apoſtoloꝝ ꝯtemporaneo q̃ laudat ſta tũ monachalē vt ꝑfectũ 6°.ca°.eccl̃iaſtice hierarchie. Et recitat ſcũs Tho. 2ª 2ᵉ.q.184. ar.5°. ideo nõ op3 ꝙ Papa poſſit in talibus:ex quo facta ſunt:diſpenſa re:vel facere de monacho nõ monachũ:vel de aqua bñdicta nõ bñdictã:vel de re ꝯſecrata nõ ꝯſecrata3: q2 hoc eſt ꝯ ꝑceptũ diuinũ:vt dictũ eſt. ❡ Ad argu menta Scoti ꝯ 3^m ꝯnē rñdet virtualr̃ Durã.diſ.37. q.i.vbi arguit ſic. Si ſacer ordo ipedit mr̃imoniu3: aut ħ eēt rõne ordinis:aut rõne voti annexi:aut rõ ne ſtatuti eccl̃ie. Nõ rõne ordinis:q2 ſic oĩs ordo im pediret:qḋ nõ eſt veꝝ de minorib⁹ ordinib⁹:nec rõ ne voti annexi:q2 tunc ordo ⁊ votũ nõ eēnt duo ipe dimēta:ſed vnũ. Nec rõne ſtatuti:q2 mr̃imoniũ con tractũ ꝯtra interdictũ eccleſie nõ dirimiẗ:⁊ ſic ordo ſacer ſ3 ipediret mr̃imoniũ ꝯtrahendũ:ſaltē nõ diri meret ꝯtractũ. Ecce argumentum. Seqẗ reſponſio. Dõm inquit ꝙ ordo ſacer impedit mr̃i^m ꝯhēdu3 ⁊ dirimit ꝯctũ nõ rõne ordis abſolute:ſ3 rõne q̃ ſacer ordo diſpoſitiue. Nec rõne voti adiũcti:q2 ex nullo ſtatuto votũ pōt ãnecti alicui ſcõ:niſi vouēs volũta rie ꝯſentiaret ſi vbo dicat:⁊ mēte nõ ꝯſentiret:q2 vo tũ ē mere vouētis:ſ3 ipedit ꝯpletiue ex ſtatuto eccl̃ie facientis ꝑſonas illegitimas ad ꝯhēdũ poſtq̃ ſacru3 ordinē receperũt. Et qḋ dr̃:ꝙ mr̃imoniũ ꝯctũ ꝯ in terdictũ eccleſie nõ dirimiẗ. Dõm eſt ꝙ eccl̃ia aliq̃ iterdicit ſimplici ꝓhibitõne ne fiãt:ſ3 ſi fcã fuerit nõ mutat. Alia vo iterdicit nõ ſolũ ꝓhibēdo ne fiãt:ſ3 ſta tuēdo vt irritũ ſit ⁊ inane ſi ꝯ ſtatutũ fiãt:⁊ tũc nõ ſo lũ ꝓhibeẗ faciēdũ:ſ3 irritaẗ fcm̃. Prio mõ iterdiciẗ mr̃imo^m ꝯhi tpe feriato:⁊ in plurib⁹ caſib⁹:ſ3 2° mõ ꝓhibetur

Celibat⁹ ioã nis nõ ꝓferẗ matrimonio habrae ꝑpter duo.

Qua rõne or do ſacer ipe diat mr̃imo niũ ꝯhēdũ ⁊ dirimat ꝯctũ

ꝓhibet in ſuſceptiōe ordis.) Hec ille. Et eādē ſolōnez dat Petr⁹ de vbo ad vbū in forma. Ex qb⁹ pꝫ ad dicta Scoti: qꝛ ſtatutū eccl'ie ꝓhibēs ꝯſtitutū i ſacris ordini b⁹ ꝯtrahere: ptinet vⁱtualr ſniaꝫ de q̄ logr̄ argueñ: ⁊ ió ille-gitimat tales pſonas ad ꝯtrahēdū mr̄imoniū ſicut pꝫ ex ꝯ-ſuetudine ⁊ vſu romane eccl'ie circa h̄. Et ex decretali quā allegat ſctūs Tho. diſ.37.q.i.art.p̄.q̄ pcipit tales di mittere vxores p⁹ ordinationē acceptas. Sciēdū tn̄ q̄ cū Scot⁹ Durād⁹ ⁊ Petr⁹ dicūt q̄ votū ꝯtinētie n̄ pōt ānecti alicui ſcō vl' ſacro: niſi faciēs tale ſcm̄ aut ſuſci-piēs tale ſacrū ītēri⁹ ꝯſētiat. Hoc pt dupliciter intelligi. Primo mō q̄ act⁹ interior volūtatis poſſit p pāꝝ hoīez an-necti exteriorib⁹ actiōib⁹ vl' paſſiōib⁹ agētis aut patiētis: ⁊ ſic verꝫ dicūt. Alio mō q̄ debitū ⁊ obligatio ad ea q̄ ſūt voti poſſit ānecti exteriorib⁹ actiōib⁹ vl' paſſiōib⁹: ⁊ ſic falſū dicūt pdicti doctores: ⁊ ſctūs Tho. verꝫ dicit i h̄ q̄ eccl'ia occidētal' pt ānectere ⁊ de ſcō ānexit votū cō-tinētie ſacris ordib⁹. ¶ Ad argm̄ ꝯ ꝯnē rn̄det ſanctus Tho. di.37.q.i.art.p̄.in ſolōne p̄ⁱ: vbi ſic dicit. (Ordo ſacer nō hēat ꝯtrarietatē ad mr̄imoniū inq̄tū ē ſacrꝫ: hꝫ tn̄ repugnātiā quādam ad ipſum rōne act⁹ ſui q ſpi-rituales actus impedit.) Hec ille. Et hec de q̄ōne ſuffi-ciāt. De qua bn̄dictus deus. Amē. Diſtinctio. XLIII.

¶ Utrū corruptū vel ānihilatū per dei potentiaꝫ poſ-ſit idem numero reparari. Queſtio. I.

CIrca q̄dragēſimātertiā diſti. ⁊ q̄ſ-dā ſeq̄ntes q̄rit̄. Utꝝ corru-ptū vl' ānihilatū p dei po^{tem} poſſit idez numero repari. Et arguit̄ q̄ n̄: qꝛ dicit phs i 2°. de gn̄atiōe: q̄ ea q̄ꝝ ſuba cor-rūpit̄ nō reiterāt̄ eadē numero: ſꝫ coꝝ q̄ i nihilū rediguut̄ ſuba corrumpitur: ergo eadem numero iterari non poſſunt.

In oppoſitū arg': qꝛ dic Aug⁹ 22°. de ciuita-te dei. Si caro humana oīb⁹ piſ-ſet modis nec vlla ei⁹ materies in vllis nāe latebris re-māſiſſet: vn̄ vellet eā repareret oipotēs: ſꝫ ſi nulla mā re-manet de re corrupta qd corrūpit̄ i nihilum redigit̄: g̃ deus id qd in nihilū ē redactū: pōt idē numero repare.

In hac q̄ōne erūt tres articuli. In primo po-nentur ꝯnes. In 2°. recitabūtur obiectiones. In 3°. ponentur ſolutiones.

Quantū ad p̄m arti. ſit p̄ ꝯ. Nullū corruptū pōt p agēs nāle idē nūero repari. ¶ 2ª. Per di-uinā po^{tem} res pmanēs ſi fuerit corrupta vel ānihilata pt eadē numero repari. ¶ 3ª. Nulla res ſucceſſiua cor-rupta vl' ānihilata pt q̄cūq̄ po^e eadē numero repari. Has tres ꝯnes ponit ſctūs Tho. 4°. q̄libet. q.5°. vbi ſic dicit. In his q̄ in nihilū redigi pnt ē q̄dā dn̄ia attēdēda: q̄dā.n. ſūt q̄ꝝ vnitas i ſui rōne hꝫ durationis ꝯtinuita-tē: ſicut pꝫ in motu ⁊ tpe: ⁊ ió interruptio taliū ēt directe ꝯ-riat̄ vnitati coꝝ ſꝫ numeꝝ: ea vō q̄ ꝯdictionē iplicant nō ꝯtinent̄ ſub nūero deo poſſibiliū: qꝛ deficiūt a rōne entis: ⁊ ió ſi hꝫ i nihilū rediganſt: de⁹ ea nō pt eadē nu-mero repare. Hoc.n. eē facere ꝯdictoria ſil' eſſe vera: pu-ta ſi mot⁹ interrupt⁹ eēt vn⁹. Alia vō ſūt q̄ꝝ vnitas n̄ hꝫ i ſui rōne ꝯtinuitatē durationis: ſicut vnitas reꝝ pmanen-tiū niſi p accñs: inq̄tū eē coꝝ ē ſubiectū motui. ſic.n. ⁊ mēſurant̄ hꝫ tpe: ⁊ coꝝ eē ē vnū ⁊ ꝯtinuū ſm vnitatē ⁊ ꝯtinuitatē tpis: ⁊ qꝛ nāle agēs nō pt illa pducere ſi-ne motu: inde ē q̄ agēs nāle nō pt hꝫ repare eadē ſꝫ nu-meꝝ: ſi i nihilū redacta fuerit: vl' ſm ſubam corrupta: ſꝫ de⁹ pt hꝫ repare ſine motu: qꝛ i ei⁹ ptāte ē q̄ pducat effect⁹ ſine cauſis medys: ⁊ ió pōt eadē numero repare ēt ſi i nihilū elapſa fuerit.) Hec ille. Itē ibidē i ſolōne tertia ſic dic. (Per h̄ q̄ aliqd rducit̄ i nihilū: interrūpit̄ ꝯtinuatio eēdi: q̄ ptinet ad vnitatez mot⁹ ⁊ coꝝ q̄ ꝯſe-quant̄ ad motū.) Hec ille. Ex qb⁹ poſſūt formari rō-nes p q̄libet triū ꝯnū. Pro p̄ª arguit̄ ſic. Aliētas mot⁹ ⁊ mutatiōis īfert alietatē coꝝ q̄ p motū aut mutatiōez pducunt̄: ſꝫ qd his pducit̄ p agens nāle: duplicat motu vl' mutatiōe pducit̄: g̃ nō ē idē numero: ſꝫ ſpecie. Pro 2ª arg' ſic. Qd nō iplicāt ꝯdictionē ē deo poſſibile: ſed pmanēs corruptum vl' ānihilatū idē numero repari ſi-ne motu ⁊ mutatiōe nullā iplicat ꝯdictionē: g̃ ⁊c. Pro 3ª arg' ſic. Nullū iplicās ꝯdictionē ē deo poſſibile: ſed ſucceſſiuū ānihilatū vl' corruptū idē numero reparari claudit ꝯdictionē: g̃ ⁊c. De 2ª ꝯne tn̄ alr vr̄ ſenſiſſe. 4°. ſniaꝝ. diſ. 44. q.i. arti. p̄. q̄ſtiūcula 2ª. vbi arguit ſic 3° loco. (Un⁹ hō nō ē ſi ē plures aialia: g̃ ſi n̄ ē idē aial: nō ē vn⁹ hō numero: ſꝫ vbi nō ē idē ſenſus non ē idē aial: qꝛ aial diffinit̄ p ſenſū p̄^m q ē tact⁹: vt pꝫ 3°. de aīa: ſen-ſus aūt cū nō maneāt in aīa ſepata vt quidā dicūt nō pnt idē numero reſumi: g̃ i reſurrectiōe nō erit hō re-ſurgēs idē aial numero: g̃ nec idē hō.) Ecce argm̄. Seq-tur rn̄ſio. (Dicēdū q̄ rō illa optie ꝯcludit ꝯ illos q po-nūt aiam ſenſibilē ⁊ rōnalē diuerſas eē in hoīe: qꝛ ſm h̄ aīa ſenſitiua in hoīe nō eēt icorruptibil': ſicut nec in alys aialib⁹: vn̄ in reſurrectiōe non eēt eadē aīa ſenſiti-ua: ⁊ p ꝯn̄s nec idē aial. nec idē hō. Si āt ponam⁹ q̄ ea-dem aīa ſm ſubam in hoīe ſit rōnalis ⁊ ſenſibilis: nul-las in h̄ anguſtias patiemur: qꝛ aial diffinit̄ p ſenſuz q ē aīa ſenſitiua ſicut p formā eſſentialē: p ſenſū āt q ē po^a ſēſitiua cognoſcit̄ ei⁹ diffinitio: ſicut p formā accidentalē q̄ maximē ptē ꝯfert ad cognoſcēdū qd qd ē: vt in p̄ de aīa dr̄: poſt mortez g̃ manet aīa ſenſibil' ſicut ⁊ aīa rōnal' eadē ſm ſubam: ſꝫ po^e ſenſitiue ſm q̄ſdā nō manent: q̄ qdez po^e cū ſint accñtales ꝓprietates: eaꝝ varietates idētitatē toti⁹ aialis auferre nō poſſunt: nec ēt partiuꝫ aialis: nō enim dicant̄ potentie pfectiones vel act⁹ or-ganoꝝ niſi ſicut principia agendi: vt calor in igne.) Hec ille. Similia dicit 4° contra gentiles ca. 80. ⁊ 81°. Ex q̄ bus videtur velle q̄ accidentia ⁊ forme ſubales q̄ruꝫ eſſe p corruptionem vel annihilationē eſt interruptū: non poſſunt eadez numero quacūq̄ virtute reparari. Et in hoc primus articulus terminatur.

Quantū ad 2^m articulū arguēdū ē ꝯ ꝯnes. Et q̄-dē ꝯ primā arguit Scot⁹ ꝓbādo q̄ per agens nāle aliqd deſtructū poſſit idez numero repari. Pri° p illō 8' metaphiſice ca° 3°. Si agēs idē: ⁊ mā ea-dē: effect⁹ erit idē: qꝛ nō aſſignat diuerſitatē effect⁹ poſ-ſibilē niſi pp diuerſitatē efficiētis vl' māe: ⁊ poſſibile ē idē eſſe efficiens ⁊ eandem mām reſpectu 2ⁱ pducti: g̃ poſſibile ē 2^m pductū eē idē cum p̄ pducto. h^{ꝯ} ꝓbatur qꝛ ⁊ ſi frequēter in corruptiōe fiat diſperſio vel diuiſio māe: tn̄ oppo^m eſt in multis caſib⁹: puta q̄ includetur ignis intra vrinale: ⁊ ibi corrūpat̄ in aerē: deinde ex iſto aere generet̄ ignis p reflexionē radioꝝ ſolarium: tunc mā incluſa erit eadē. Conſimiliter ſi ex ſolido genere-tur ſolidū: vbi preciſe forma geniti pōt ſequi formam corrupti: ſequitur q̄ qua rōne tota mā prefuit ſub for-ma corrupta: pari rōne eadē tota erit ſub forma gn̄an-di. Dicet̄ forte q̄ illud dictū phi dꝫ intelligi cū hac cō-ditione ſm ipſum 5°. phyſicoꝝ q̄ nō ē tm̄mō numera-tio forme pp alietatē ſubiecti vel māe: ſꝫ etiā tpis. Ul' forte alr dicet̄ q̄ Ariſtoteles lꝫ aſſerat q̄ ſi agēs ſit ali-ud ⁊ mā alia effect⁹ eſt alius: non tn̄ ex oppoſito antece-dentis: ſi agens idē ⁊ mā eadem: ſequit̄ q̄ effectus ſit idē: vn̄ in fine ꝯcludēdo ait: ſi g̃ idē ꝯtingit ex materia idē facere palā: qꝛ pncipiū qd ē vt mouēs idē: nam ⁊ ſi

Right margin notes:
t.c.63.
t.c.xi.
Contra primā ꝯcluſiões arguit Sco. d.43 q.3.
t.c.12.
t.c.44.

mā altera ⁊ mouēa ⁊ qđ pfectū ē:ſupple cū mouēs ali
ud qđ fcm ē erit aliđ. ¶ Sȝ ꝯ̄ primam riſionē arguit̄
qꝛ ſi agēs agat nūc in a.iſtāti vſqꝫ ad iſtās b.cauſabit
idē:ḡ ſi cauſet ī a.⁊ in tpe ītermedio īter a.⁊ b.deſtrua
tur illđ cātū:⁊ iteꝝ agat in inſtāti b.cauſabit illđ idē:⁊ȝ
ꝯña ex ħ ꝙ ꝯtinuitas tpis ītermedij nihil fac̄ ad idēti
tatē pmanētis qꝛ bȝ eē idē in illo tpe ⁊ in terminis illi
us tpis. Si negeꝰ aſſūptū:qꝛ in b.iſtāti nō p̄t cā ſecun
da a cā vlī puta celo hēre eādē īfluētiā quā habuit in
iſtāti a.⁊ iđ nō poterit tūc cāre idē. ¶ Contra ħ arguit̄
dupli̅r. Pˀrio qꝛ ſilis īfluētia ſuffic̄ ad idētitatē effect⁹:
ſi.n.in iſtāti a.eēt aliđ agēs approximatū paſſo pduce
ret̄ idē in numero qđ illđ agēs pducit:⁊ tñ īfluētia nō
eēt eadē numero cū influētia iſti⁹:ſȝ tñ nō ſilis: nunc
aūt in alio iſtāti puta b.erit īfluētia ſilis ꝗ̄ fuit in iſtan
ti a. ¶ 2ᵒ.qꝛ iſta īfluētia nō eſt aliqđ abſolutū receptū
in cā inferiori:ſȝ ē tñ mō ordo in cauſando ad cām ſu
piorē ꝯtinue q̄ntū ē de ſe coagētē.ḡ nō erit alia īfluen
tia ſic̄ nec ali⁹ ordo cāe ſupioris ad īferiorē:igit̄. ¶ 3ᵒ.
qꝛ aut ſimpl̄r ē īpoſſibile idē numero bis pduci: ⁊ tūc
ſeqtur ꝙ de⁹ ħ nō poterit:aut nō ſimpl̄r eſt īpoſſibile:⁊
tūc ſeqtur ꝙ in cauſalitate coꝝ:in qb⁹ fuit prius iſtud
poſſibile ⁊ nūc erit:ſȝ pri⁹ fuit in cauſalitate reꝝ nāliū:
ḡ ⁊ nūc erit. ¶ 4ᵒ.qꝛ ſi vbi ē ꝯtinua actio agētis nālis
reᵘ pducti:ſic̄ ē in ſole reᵘ radij:ſi p p̄ iſtanti pduceret
radiū ⁊ in tpe hito ꝯſeruaret in vltio iſtāti puta b.erit
idē radi⁹:cū nō depēdeat illa idētitas radij in ſecundo
iſtāti ab exiſtētia eius ī tpe ītermedio:qꝛ ſine illa exiſtētia
poſſet idē numero eē pductū ī eodē iſtāti:ḡ ſequit̄ ꝙ
eē ī illo ītermedio deſtructo poſſet eē idē in vtroqꝫ ex
tremo. ¶ 5ᵒ.qꝛ po⁹ ad formā ſemel pductam adhuc re
māſit ī mā̄ deſtructa illa forma:vl̄ q̄cūqꝫ mō ceſſante:
ḡ poſt corruptionē illi⁹ forme iteꝝ p̄t pduci eadem for
ma ī numero p agēs nāle. Aſſūptū pbat̄:qꝛ ſi de⁹ redu
ceret eādē formā qđ nō negat̄ ſibi poſſibile:illa faceret
p ſe vnū cū mā̄ ſic̄ pri⁹:ḡ ī mā̄ erat po⁹ reᵘ ei⁹ eadē que
pa⁹:ꝯña vō pbat̄:qꝛ nihil ē ī po⁹ māe qđ ñ poſſit redu
ci in actū p agens nāle. ¶ 6ᵒ.qꝛ negatio illa ꝗ̄ ſuccedit
corruptiōi rei ē eiuſdē rōnis cū negatione ꝗ̄ p̄cedit rei
pductionē:ſȝ illa negatio ꝗ̄ p̄cedit gñationē rei nō īpe
dit ei⁹ pductionē:ḡ nec illa ꝗ̄ ſeqtur īpedit qn eadem
res pducat̄. ¶ 7ᵒ.qꝛ variato poſteriori nō opȝ variari
pri⁹:ſȝ vnitas rei p̄or eſt ꝙ̄ ei⁹ pmanētia:⁊ pmanentia
poſterior ē vnitate rei:ḡ variatio in pmanētia ſeu ī cō
tinuatiōe durationis ꝗ̄ ē p mediā corruptionē īter gña
tionē rei ⁊ ei⁹ repationē nō īpedit ei⁹ vnitatē. ¶ 8ᵒ. ar

Utrū ſi actioñ ē vna ſequat͂ ꝙ nec termin⁹ actiōis poſ ſit eē vnus.

guit ꝙ pbatio ꝯñis nō valeat ꝗ̄ ꝯſiſtit in ħ.ſ.ꝙ ſi actio
vl̄ mot⁹ nō poſſit repari idē numero:ꝙ nec termin⁹ mo
tus vl̄ actiōis. Et ħ tripliciter. Pˀrio qꝛ duo mot⁹ diffe
rētes ſm ſpēm vt mot⁹ rect⁹ ⁊ circularis p̄nt eē ad eun
dē terminū vel locū numero: vt pȝ.7ᵒ.phyſicoꝝ. 2ᵒ. qꝛ
Aug⁹.3ᵒ.de trinitate caᵒ 9ᵒ.dic̄ ꝙ gñatio vniuoca ⁊ eq
uoca p̄nt ad idē terminari:aliq̄.n.ſūt que p̄nt gñari ex
putrefactiōe:⁊ nihilomin⁹ ex ppagatiōe. 3ᵒ.qꝛ in ppoſi
to reſurrectio ⁊ nālis ppagatio ad idē terminant̄ nu
mero:⁊ tñ ſūt diuerſe actiōes ſm ſpēm differētes: ⁊ iđ
nō ſequit̄ ſi mutatio vl̄ actio nō ē vna:ꝙ iđ nō ſit for
ma vna: vl̄ idē termin⁹. ¶ 9ᵒ.qꝛ auctitas phi 2ᵒ de gña

t.c.vlt.

tiōe ad oppo^m allegata nō ꝯcludit ppoſitū: qꝛ intentio
phi ē ꝙ ea q̄ꝝ ſubā nō depit:redeūt eadē numero: ſic̄
ſol ē idē numero ī q̄libet circulatiōe:ſȝ ea q̄ꝝ ſubā de
perit ſi ē nece eadē nūero redire:ſȝ non ītēdit ꝙ nō ſit
poſſibile. Hec Scot⁹. ¶ Cōtra eādē ꝯ̄nem arguit Au

Cōtra eādē ꝯcluſionē ar gu.ī Aur.

reol⁹ dubitatiue ingrēdo:qꝛ nō appet rō q̄re nō poſſit
p agēs nāle idē numero redire:niſi pp diuerſitatē tem

poris p̄cedētis ⁊ ſeq̄ntis:ſȝ ħ nō valet:qꝛ idētitas tpis
nō reqrit̄ ad idētitatē effect⁹. Quia ſi ſic ſeq̄rent̄ mul
ta icōuenientia. Pˀrimū ē:qꝛ capio ignē ⁊ ſtupā:tūc in il
lo iſtāti poſſū applicare ignē ad ſtupā:pono ꝙ non ap
plicē p illo iſtāti:ſȝ p alio:aut ḡ erit idē ignis gñat⁹ in
ſtupa q fuiſſet ſi ī illo iſtāti applicat⁹ fuiſſet:aut non: ſi
ſic ḡ varietas tpis nihil fac̄ ad varietatē effect⁹: ſi nō ħ
vr̄ manifeſte incōueniēs ꝙ ille ignis nūq̄ potuiſſet p
duci ab aliq̄ igne niſi ī illo iſtāti. 2^m ē qꝛ pono ꝙ ignis
calefaciat aliqđ calefactibile vſqꝫ ad certū gradum: ⁊
tūc ceſſet calefacere:pono ꝙ poſt modicā horā īcipiat
iteꝝ calefacere illđ idē. Hoc poſito manifeſte pȝ:ꝙ ea
dē numero ītēſiōe ītēdit nunc iſtū calorē illi⁹ calefacti
bil̄ ꝗ̄ ītēdiſſet ſi prius calefactio nō ceſſaſſet: ḡ idētitas
tpis nihil fac̄ ad ppoſitū. Hec Aureol⁹ ī forma. ¶ Cō
tra 2^am ꝯ̄nē arguit Durādus ī hūc modū dicēs ꝙ ſal

Cōtra ſcdā ꝯcluſionē ar gui Dur.ī. 43.q.3.ar. ſcdo.

ua reuerētia po^e diuine cui ſubeſt oē poſſibile vr̄ ꝙ nul
lū pmanēs corruptū vl̄ ānihilatū p̄t idē numero repa
rari:qđ p̄t multipliciter pbari. Pˀrio ſic. Nō plus p̄t de
us nūc agēs p volūtatē:ꝙ̄ ſi ageret ex necītate nāe:ſȝ ſi
de⁹ ageret ex necītate nāe nō poſſet eādē rem numero
corruptā repare:ḡ nec agēs p volūtatē: a^{ns} pȝ qꝛ poſſe
reſpicit po^{am}:eādē āt po^{am} ſupponim⁹ ī deo ſi ageret ex
necītate nāe:quā hȝ agens p volūtatē: volūtas.n.ñ ad
dit nec auget po^{am}:imo q̄cq̄d p̄t p ſolā po^{am} p̄t:ſȝ p vo
lūtatē hȝ ꝙ po^a ſm formā volūtatis exeat ī actū: vñ
p volūtatē nō hȝ niſi libertatē vtendi po^a:quā nō ha
beret ſi ageret ex necītate nāe: vñ phi q poſuerūt deū
agere ex necītate nāe poſuerūt ī eo tātā po^{am} q̄ntā nos
ponim⁹.ſ.īfinitā. h^{ns} declarat̄:qꝛ ſi de⁹ ageret ex necīta
te nāe lȝ ageret p po^{am} īfinitā:ageret tñ mō alioꝝ agen
tiū nāliū: pp qđ lȝ poſſet pducere pfectiorē effectū ꝙ̄
alia:nō poſſet tñ corruptū repare ſic̄ nec alia. ¶ Cōfir
mat̄ qꝛ p̄r in diuinis gñat filiū ex necītate nāe:⁊ ab oī
bus ꝯceditur:ꝙ ſi diuina gñatio īterrūperet̄ ⁊ iteraret̄ ꝙ
eſſet alia gñatio ⁊ ali⁹ filiu⁹:⁊ ſi ħ eſſet ī deo reᵘ diuinoꝝ:
fortiori rōne eſſet ī eo reᵘ creaturaꝝ. ¶ 2ᵃ rō talis eſt.
Agens nāle nō p̄t repare idē ſm numeꝝ:ḡ nec de⁹:aīs
ſupponit̄: pbat̄ ꝯña:qꝛ ſi agens nāle nō poſſet repara
re idē ſm numeꝝ: ⁊ de⁹ poſſit:ħ erit vel pp diuā virtutis
agentis: vl̄ pp differentē modū agendi:ex pte.n. ter
mini ñ p̄t eſſe dña:cū ponat̄ idē termin⁹ reᵘ vtriuſqꝫ
agentis ⁊ actiōis:nō pp differentē modū agendi: vtpo
te qꝛ de⁹ agit ſiñ motu ⁊ mutatiōe:nā vō ſi:qꝛ ī repatiōe
rei ꝗ̄ ad formā corruptā a q̄cūqꝫ fiat ē vā mutatiō:qꝛ ſu
biectū ſe hȝ alr̄ nūc ꝙ̄ pˀus.ſ.mā̄ recipiens formā ꝗ̄ pri
us fuit ſpoliata: vñ ſi lumine corrupto de⁹ repet ipȝ:
eſſet vā mutatio ſic̄ ſi ſol reparet illđ. Iteꝝ ꝙ aliqđ rei
remaneat idem nūero:magis vr̄ facere ꝙ illđ cui⁹ erat
pars poſſit idem numero redire ꝙ̄ ſi nihil remaneret:
qꝛ pl⁹ eſt repare vtrāqꝫ ptē ꝙ̄ alterā tñ: ſed ī motu ⁊
mutatiōe aliqđ rei corrupte remanet.ſ.mā̄ vl̄ ſubm: in
ānihilatiōe āt ageli nihil remanet:ḡ facili⁹ vr̄ ꝙ res cor
rupta repet̄ p motū ⁊ mutationē ꝙ̄ res ānihilata per
creationē vl̄ recreationē:ḡ mod⁹ agendi p motum ⁊
mutatiōē nō īpedit agens nāle pluſꝙ̄ diuinū qn poſ
ſit idē numero repare. Iteꝝ nec pp̄ter differentē vir
tutē agendi vtpote qꝛ de⁹ agit infinita virtute: agens
vō nāle finita:qꝛ effect⁹ finitus q ſm ſpeciem ſuā pōt
pduci ⁊ pducit̄ a virtute finita nunꝙ̄ exigit infinita
tem virtutis in cauſa ſua:niſi pp̄ter modū quo pducit̄
puta ſi pducat̄ p creationē: vl̄ alio mō q creature nō
cōpetit:ſȝ oīs forma nālis in reb⁹ generabilib⁹ ⁊ corru
ptibilib⁹:excepta aīa rōnali:ē quedā effect⁹ finit⁹:q ſm
ſpēm ſuā p̄t pducit ⁊ pducit̄ a v̄tute finita:ḡ nūꝙ̄ req

rit in ꝓducēte v̄tutē īfinitā niſi ꝓducaṫ p creationē: vł
tali mō q creature nō cōpetat: ſꝫ eiꝰ ꝓductio in ſcḋa ꝓ-
ductiōe ēt ſi fiat a deo ē p verā mutationē ſicꝫ ſi fieret a
creatura: vt ſtatī dictū eſt: ḡ repatio rei corrupte nō ne-
ceſſario reqrit v̄tutē īfinitā: differentia ḡ v̄tutis īfinite
in agēte non p̄t eē cā q̄re deꝰ poſſet repare idē numero:
nō aūt nāqd ḡ ē in cā q̄re nā nō poſſit: abſqꝫ dubio vł
eē illō qḋ tāgit pl̄ius 2ᵒ de gn̄atiōe. ſ. q̄ idē manēs idē
ſp natū eſt facere idē: ad h̄ āt q̄ agēs faciat idē nume-
ro: oꝫ q̄ maneat idē in ſe q̄ ad v̄tutē: ⁊ ideꝫ in h̄itudine
ad paſſū vel ꝓductū q̄ ad actionē: cū aūt actio nāe in-
terrūpaṫ nō manet eadē h̄itudo agētis ad paſſū vel ꝓ
ductū: nec eadē h̄itudo reparari p̄t: ⁊ iō nō p̄t reparari
idē ꝓductū ſm numeꝝ: iſtud ēt inueniṫ in deo p cōpa
ratiōnē ad ea q̄ꝝ ſubſtātia deperijt in toto vel in pte:
q̄ actio dei in creaturā īterrūpiṫ: ⁊ iō nō manet eadeꝫ
h̄itudo dei agētis ad creaturam p p̄ma rei ꝓductiōe ⁊
eiꝰ repationē: ⁊ hec rō cōis ē ad ea q̄ ſūt ſucceſſiua ⁊ ꝑ-
manētia. ¶ 3ᵃ rō talis ē q̄ idē locꝰ acqriṫ pluribꝰ moti-
bus localibꝰ: ſꝫ eadē forma ſm nām vel ſm numeruꝫ
nō acqriṫ pluribꝰ actiōibus: ⁊ cā eſt: q̄ motꝰ nō termi-
naṫ ad locū vt ſit: ſꝫ vt mobile ſit in loco: ⁊ iō nō oꝫ lo-
cū variari nālıter: ſꝫ formā oꝫ variari actiōe p quā for-
ma acqriṫ. Ex h̄ p̄t ſic argui. Si eadeꝫ forma numero
ſit in mā pluribꝰ actiōibꝰ: oꝫ q̄ vtraqꝫ actio vel ſaltē al
tera termineṫ ad formā: nō vt ſit ſimplr: ſꝫ vt ſit in mā
vel in ſubiecto: ⁊ q̄ p h̄ ad eandē formā terminaṫ gn̄a-
tio hoīs ⁊ eiꝰ reſurrectio: q̄ vł vtraqꝫ actio vel ſaltē al-
tera terminaṫ ad aīam: nō vt ſimplr ſit: ſꝫ vt ſit in mā
ſꝫ in hīs q̄ꝝ ſubā deperijt vtraqꝫ actio. ſ. ꝓductiōis ⁊ re-
patiōis terminaṫ ad formā vt ſit: ⁊ nō ſolū vt ſit in h̄
ſ. mā vel ſubiecto: ḡ īpoſſibile eſt q̄ he due actiōes ter-
mineṫ ad eandē formā. ¶ 4ᵃ rō talis ē: q̄ ſi deꝰ crea
ret angelū: ⁊ poſtea ānihilaret: ⁊ deīde repararet: verū
eēt dicere q̄ āgelus bis fuit realr: ⁊ non numeratione
agētis puta dei q vnꝰ ē: nec cuiuſcūqꝫ extrīſeci ab ange
lo: q̄ ſi deꝰ nihil feciſſet niſi angelū quem ānihilatū po
ſtea repaſſet: adhuc eēt veꝝ dicere q̄ āgelus bis fuiſ-
ſet: qḋ nō poſſet v̄ificari niſi numeratiōe angeli vł du-
rōnis eiꝰ: qḋ idē ē. ¶ 5ᵃ rō talis ē: q̄ eandē formaꝫ pu-
ta lumē idē numero repari: aut ē poſſibile ſimplr: aut
īpoſſibile ſimplr: ſi ſit poſſibile: ḡ erit poſſibile virtute
nāe: probaṫ: q̄ qñcūqꝫ aliqs effectꝰ eſt ſimplr poſſibil:
⁊ cā eſt eq̄ potēs nūc ⁊ prius: ex tali cā pōt idem effectꝰ
ꝓduci nūc vt priꝰ: ſi ḡ repatio eiuſdē luminis ē effectꝰ
ſimplr poſſibil: ḡ cā nālis que p̄ facit: ⁊ eo corrupto ma
net eq̄ potēs vt prius: poſſet illū modū eſſendi ſꝫ nume
rū repare. Hoc aūt eſt falſū: relinqtur ergo q̄ repatio
eiuſdē luminis ſm numeꝝ eſt ſimplr īpoſſibilis. talis
āt effectꝰ ſubterfugit oēm cām: ḡ p nullā virtutem pōt
idē lumē ſm numeꝝ repari. ¶ 6ᵃ rō eſt q̄ multiplica-
to eo a q̄ p ſe ⁊ totalr vel eſſentialr depēdet effectꝰ: mł-
tiplicaṫ effectꝰ: ſꝫ ꝓductū illo mō depēdet a ꝓductiōe:
ḡ īpoſſibile ē eſſe vnum productū ⁊ duas ꝓductiones.
¶ 7ᵃ q̄ h̄ expſſe dicit frater Tho. 4ᵒ. ſen. diſ. 44. ar-
ti. p. q̄ſtiūcula. 2ᵃ. in ſolone tertij argꝰ: qḋ fuit tale. Unꝰ
hō non eſt plura aīalia ⁊c̄. Ad qḋ ridet q̄ illa rō ꝯclu
dit optie ⁊c̄. vt priꝰ recitatū eſt. Ex qbus clare pꝫ q̄ in-
tētio eiꝰ eſt q̄ ea q̄ꝝ ſuba in aliq̄ deperijt non p̄nt ſm nu
meꝝ repari. Hoc idē dicit in eodē 4ᵒ. diſ. 12. arti. 2ᵒ. q.
4ᵃ in corpe ſolonis. et in vltia pte. q. 77. arti. 5ᵒ. ⁊ ideꝫ p
oīa dicit. Hec āt p̄s fuit eiꝰ opus vltimū ⁊ finale: vt pꝫ
ex eiꝰ incōpletiōe. Hec Duraïdus. ¶ Cōtra eādē arguit
Aureolꝰ ꝓbādo q̄ corruptū redire idē numero aliquo
mō īplicet ꝯdictionē: ꝓ q̄ illō q̄ appḣenſio oībꝰ alijs ſtā
tibꝰ eiſdē ītellectꝰ neceſſario ponit diuerſitatē numera-
lē circa illō. īpoſſibile ē q̄ illo ſtāte ſtet numeralis vni
tas: ſi. n. illō poſſet ſtare cū idētitate numerali: ītellectꝰ
ꝯcipiēs illō nō neceſſario poneret circa illō diuerſitatē
numeralē: ḡ ſi appḣenſo aliq̄ oībus alijs ſtātibꝰ eiſdem
ītellectꝰ neceſſario ponit diuerſitatē numeralē: vł im-
poſſibile q̄ illo ſtāte fiet idētitas numeralꝭ: ſꝫ appḣen
ſo h̄ q̄ aliqd fuit corruptū ⁊ redijt: oībꝰ alijs ſtātibꝰ pa-
ribus: ītellectꝰ neceſſario ponit circa illō diuerſitatē nu-
meralē: ḡ ſtante h̄ q̄ aliqd ſit corruptū ⁊ poſtea redie-
rit: īpoſſibile ē q̄ illō ſit idē numero: aīꝰ pꝫ q̄ ſi intelle-
ctꝰ cogiṫ eſtimare ⁊ ponere diuerſitatē numeralem: ne
ceſſario oꝫ q̄ h̄ ſit ex nā terminoꝝ ſic occurrentiū in-
tellectui q ſtatī appḣendit talē diuerſitatē ſine ꝑſcru-
tiōe. hoc ꝓbaṫ: accipio. n. eundē motorē numero idē celuꝫ
mobile: eandē terrā circa quā moueaṫ: volo q̄ oīa iſta
ſint eadē hodie ⁊ cras: poſtea ꝯſidero reuolutiōes celi
ab oriēte in occidēs: ⁊ ecōtra q̄ ſunt hodie: ⁊ vlteriꝰ con
ſidero reuolutiōes q̄ erunt cras: quero vtꝝ iſte vbieta-
tes ⁊ reuolutiōes vel circulatiōes ſint eedem hodie ⁊
cras: ſeu hodie ⁊ heri: aut nō: ſi nō hētur ꝓpoſitū. Si ve
ro īntellectꝰ ꝯſiderat iſtas eē eaſdē hodie ⁊ cras. Contra
q̄ tūc nō ꝯcipet plures motꝰ: nec hodie ⁊ cras: nec du-
os dies: q̄ p diuerſas reuolutiōes ſūt alij ⁊ alij dies: ḡ
īntellectu appḣēdente diē hodiernā ⁊ craſtinaꝫ eēnt du-
o vnꝰ: ḡ īntellectꝰ non hꝫ vñ numeret iſtas vbietates ex
numeratiōe celi vel motoris vł terre: circa quā moue-
tur: q̄ iſta manēt hodie ⁊ cras eadē numero: ḡ h̄ hꝫ ex
nā interruptiōis: q̄ eo ipſo q̄ reuolutio ⁊ dies ꝯcipiṫ vt
īterrupta ꝯcipiṫ vt numerata. Silr ſol moueṫ ab oriē-
te: ⁊ fit aer lucidꝰ: ⁊ aſcēdēte ſole ceſſat aer eē lucidus ⁊
⁊ poſt ſole redeūte iteꝝ fit lucidꝰ: pꝫ q̄ īntellectꝰ non ap
ꝓhēdit p̄mā lucē ⁊ ſecūdā eē eādē: ⁊ tñ manet ideꝫ
ſol ⁊ idē aer: vñ ḡ: certe nō niſi q̄ īntellectꝰ appḣendit lu
cem corruptā: ⁊ poſt redeūtē interruptā: ⁊ ex h̄ neceſſa
rio numerat ipſā oībꝰ alijs ſtātibꝰ eiſdē. Silr idē pꝫ de
lumine cādele pluries abſcōſe ⁊ diſcoopte q̄ īntellectꝰ
neceſſario numerat h̄ ſolo cōprehēdēs q̄ lumē interrū-
piṫ ⁊ redit. ¶ 2ᵒ. arguit ſic: q̄ ſicꝫ ſe hꝫ q̄ntitas ꝑmanēs
ad ſuā dimēſionatū: ſic q̄ntitas ſucceſſiua ad ſuū q̄ntū:
ſꝫ ſi īterrūpaṫ q̄ntitas ꝑmāſiua neceſſario nūeraṫ ſuū q̄n
tū: nec manet idē numero: ſicꝫ lignū añ diuiſionem erat
vnū nūero: ⁊ poſt diuiſionē ē plura: ḡ ſic erit de q̄ntita-
te ſucceſſiua q̄ illō q̄ ē q̄ntū ſucceſſiuū cuiꝰ ē ipm du-
rās: ſi īterrūpaṫ: neceſſario cedit ī alietatē numeralē: ſed
eē tꝑale in q̄ntū ſignificanṫ p v̄ba ſunt q̄dā durabilia ⁊
mēſurata tꝑe ḡ īpoſſibile ē q̄ ſi ſint īterrupta ſm tꝑs
ſint eadē numero. ¶ Cōfirmaṫ: q̄ ſicꝫ ſe hꝫ motꝰ ad ſu
am durationē: ita qes ad ſuā ꝑmanētiā: q̄ tꝑs mēſurat
oīa iſta: ſꝫ īterrupta duratiōe motꝰ nō p̄t ꝯcipi idē qui
ꝑus: q̄ nō ē idē tꝑs: ḡ ita ē de qete ⁊ ꝑmanētia. ¶ 3ᵒ. ar
guit ſic. Quia īterrupto īntellectu alicuiꝰ: īterrumpiṫ ⁊
ipꝫ: ⁊ illo nō redeūte nō redit: oppoᵐ. n. īplicat ꝯdictio-
nē: ſꝫ de īntellectu vniuſcuiuſqꝫ eē ⁊ actꝰ ē duratio ⁊ tē-
pus: q̄ talia ſignificata p modū v̄bi nō p̄nt intelligi ſi-
ne tꝑe ⁊ duratione: ſꝫ idē tꝑs ⁊ eadē duratio nullo mō
p̄t redire eadē numero ſi īterrūpaṫ: ḡ nec eē aut q̄cūqꝫ
aliꝰ actꝰ talis: hoc ꝓbaṫ p̄: q̄ eē ⁊ ea q̄ ſignificanṫ p v̄ba ī
cludūt ī ſuo īntellectu ipꝫ tꝑs: vt pꝫ p cōmentatorē 4ᵒ.
phyſicoꝝ. q dic̄ q̄ formalꝭ rō motꝰ in q̄ntum ē paſſio: eſt
q̄ ſit mutatio ꝯiuncta tꝑi: ⁊ ſubdit q̄ verba ſunt impo
ſita formis fluentibꝰ: fluxus aūt intelligi non poteſt ſi-
ne tꝑe: ſꝫ ꝓbaṫ hoc quo ad aliā p̄tē: ſcꝫ q̄ non poſſit idē
Cuicunqȝ ergo deeſt aliquid ad perfectionē nondū hȝ felicitatē perfectā: qꝛ nondū eius deſideriū totalr̄ quietatur. oē eni imperfectū perfectiōez ꝯſequi nāliter concupiſcit. Aīa aūt a corpore ſeparata eſt aliquo mō imperfecta: ſicut oīs pars ex̄ totū ſuū exiſtens: aīa enim nāliter eſt pars humane nāe. Nō ergo pōt hō vltimā felicitatē conſeq niſi aīa iterato corpori ꝯiungat̄: pſertim cū oñſum ſit in hac vita hoīem ad vltimā felicitatē nō poſſe ꝑuenire. Iterū ſicut in 3° oñſuȝ eſt: ex diua ꝓuidentia peccantibus pena debet̄: ⁊ bene agentibus premiū. In hac aūt vita hoīes ex aīa ⁊ corpe ꝯſtituti peccāt vel recte agunt: debet̄ ergo hoībus ⁊ ſcđm aīam ⁊ ſȝ corpus premiū vel pena. Manifeſtū eſt aūt ꝙ in hac vita premiū vltime felicitatis conſeq non pñt ex his que in 3° oñſa ſunt: multotiens ēt pctā in hac vita non puniunt̄ quimo vt vr̄ Job 21°. Hic ipi viuunt cōfirmati ſūt ſublimatiqȝ diuitijs. Neceſſariū eſt ergo ponere iteratā cōiunctionē vt hō in corpore ⁊ in aīa pmiari ⁊ puniri poſſit.) Hec ille. Qꝛ aūt aīa humana ſit icorruptibilis et immortalis vt ſupponit̄ in pdictis. oñdit ſanctus Tho. in multis locis vt in pª parte. q. 75. art. 6. vbi ſic dicit. (Neceſſe eſt dicere aīam humanā quā dicimus intellectiuā pñm ēē incorruptibilē. Dupl'r enim aliqđ corrūpit̄. vno° p ſe: alio mō p accidēs. Impoſe eſt aūt aliqđ ſubſiſtens gñari aut corrūpi p accidēs. i. aliq̄ gñato vel corrupto. Sic eni alicui cōpetit gñari ⁊ corrūpi ſicut ⁊ eſſe qđ p gñationez acqrit̄ ⁊ p corruptōez amittit̄. vñ qđ p ſe hȝ eſſe nō pōt corrūpi vel gñari niſi p ſe. que vo non ſubſiſtunt vt accidētia ⁊ forᵉ mālēs: dicunt̄ fieri ⁊ corrūpi p gñatōez ⁊ corruptōez cōpoſitoꝝ. Oñſum eſt enim. ē. ꝙ aīe brutoꝝ nō ſunt ſubſiſtētes: ſȝ ſola aīa humana. Vñ aīe brutoꝝ corrūpunt̄ corruptis corpib°: aīa aūt humana non poſſet corrūpi: niſi per ſe corrūperet̄. qđ qdē oīno eſt impoſe nō ſolū de ipſa: ſȝ de q̄libet ſubſiſtēte qđ eſt for° tm̄. Manifeſtū eſt eni ꝙ illud qđ ſm ſe ꝯuenit alicui iſeparabile eſt ab eo: eē āt p ſe ꝯuenit forᵉ que eſt actus: vñ mā ſm h acqrit eē in actu qđ acqrit formā: ſȝ hoc āt accidit in ea corruptio ꝙ ſeparat̄ ab ea for°. Impoſſibile eſt aūt ꝙ for° ſeparet̄ a ſeipa: vñ impoſe eſt ꝙ for° ſubſiſtens deſinat eſſe. dato ēt ꝙ aīa eſſet ex mā et for° cōpoſita vt qdā dicūt adhuc oporteret ponere eā icorruptibilē. Nō eni inuenit̄ corruptō niſi vbi inuenit̄ ꝯrietas: gñatiōes eni ⁊ corruptōes ex ꝯrijs ⁊ in ꝯria ſūt. Vñ corpora celeſtia: qꝛ nō hñt māȝ ꝯrietati ſubiectam icorruptibilia ſūt. In aīa aūt intellectiua nō pōt eē aliq̄ ꝯrietas. recipit eni ſm modū ſui eſſe: ea vo q̄ in ipſa recipiunt̄ ſunt abſqȝ ꝯrietate: qꝛ ēt rōnes ꝯrioꝝ in ipſo intellectu nō ſūt ꝯrie: ſȝ eſt vna ſcia ꝯrioꝝ. impoſe eſt ergo ꝙ aīa intellectiua ſit corruptibilis. Pōt ēt huiꝰ rei accipi ſignū ex hoc: ꝙ vnūqđqȝ nāliter ſuo mō eē deſiderat: deſideriū āt in reb° cognoſcibilib° ſequit̄ cognitōez. Sēſus aūt nō cognoſcit eē niſi ſub hic ⁊ nūc: ſȝ intell'ſ apphēdit eſſe abſolute ⁊ ſȝ oē tpˢ. vñ oē hñs intell'm deſiderat nāliter eſſe ſp. Nāle aūt deſideriū non pōt eē inane. oīs ergo intelligibilis ſuba eſt incorruptibilis.) Hec ille. Siſco ⁊ plures rōnes ponit 2° ꝯ gen. ca. 79. di. (Manifeſte oñdi pōt aīaȝ humanā nō corrūpi corrupto corpe. Oñſum eſt eni ſupra oēm ſubaȝ intelligibileȝ eē incorruptibilē: aīa aūt eſt quedaȝ ſuba intellectualis vt oñſum eſt: opȝ ergo aīaȝ humanā incorruptibilē eſſe. Adhuc nlla res corrūpit̄ ex eo in quo ꝯſiſtit ſua pfectō: he eni mutatōes ſūt ꝯrie. ſ. ad corruptōez ⁊ ad pfectōez. Perfectio aūt aīe humane ꝯſiſtit in abſtractiōe q̄dā a corpe: pficit̄ eni aīa ſcia ⁊ ṽtute. ſcđm ſciaȝ āt tāto magis pficit̄: q̄to imālia ꝯſiderat. Virtutis āt pfectio ꝯſiſtit in h ꝙ hō paſſiōes corpis non ſeqt̄: ſȝ eas ſm rōnez tpet ⁊ refrenet: non ergo corruptio aīe ꝯſiſtit in hoc ꝙ a corpe ſeparat̄. Si āt dicat̄ ꝙ pfectio aīe ꝯſiſtit in ſeparatiōe eiꝰ a corpe ſm opationē: corruptio āt in ſepatōe eiꝰ ſcđȝ eē: nō ꝯueniēter obuiat̄. Opatio. n. rei demſat ſubſtantiā ⁊ eē ipſiꝰ: qꝛ vnūqđqȝ opat̄ ſȝ ꝙ eſt ens: ⁊ ꝓpria opatio rei ſequit̄ eiꝰ nām. Non pōt ergo pfici opatio alicuius rei niſi ſm ꝙ pficit̄ ipſiꝰ ſuba. Si g̃ opatio aīe pficit̄ in relinquēdo corpꝰ ⁊ corporea ſuba ſua ineē ſuo nō deficiet p hoc ꝙ a corpe ſeparat̄. Itē ꝓpriū pfectiuū hoīs ſm aīaȝ eſt aliqđ icorruptibile. ꝓpria āt opatio hoīs inq̄tū hꝰ eſt itelligere. Per hāc eni dr̄t a brutis et a plātis ⁊ inaiatis. Intelligere aūt vlium eſt ⁊ icorruptibiliū inq̄tū hꝰ. Perfectiōes eni opȝ eē pfectibilibꝰ proportionatas. ergo aīa humana ē icorruptibil'. Amplius. Impoſe eſt appetitū nālē eē fruſtra: ſȝ hō nāliter appetit ꝑpetuo manere. qđ pȝ ex h ꝙ eē eſt qđ ab oībꝰ appetit̄: hō āt p itell'ȝ apphēdit eē: nō ſolū vt bruta aīalia: ſȝ ſimpl'r ꝯſeqt̄ g̃ hō ꝑpetuitatē ſȝ aīaȝ: q̄ eē ſimpl'r ⁊ ſm oē tpˢ apphēdit. Itē vnūqđqȝ qđ recipit̄ in aliq̄ recipit̄ in eo ẓm modū eiꝰ in q̄ ē. Forᵉ āt reꝝ accipiunt̄ in itell'u poſſ. put ſūt itelligibiles actu: ſūt āt itelligibiles actu p ut ſūt imālea ⁊ vleſ: ⁊ p ꝯñs icorruptibiles. g̃ itell'ſ poſſibilis eſt incorruptibil'. ſȝ ſic pbatū eſt. ē. itell'ſ poſſ eſt aliqđ aīe hūane. eſt g̃ aīa humana icorruptibil'. Adhuc eē itelligibile ē ꝑmanētius q̄ eē ſenſibile: ſȝ id qđ ſe hȝ i reb° ſenſibilib° p modū pˢ recipiētis eſt icorruptibile. ſ. mā pª. multo ergo fortiꝰ itell'ſ poſſ q eſt receptiuus formarū itelligibiliū. Ergo aīa hūana cuiꝰ intell'ſ poſſ eſt pars eſt icorruptibil'. Ampliꝰ. Faciēs eſt honorabiliꝰ facto vt ēt Ariſt. dicit. ſȝ intell'ſ agens facit actu itelligibilia vt ex pmiſſis pȝ. Cū ergo itelligibilia actu inq̄tū hꝰ ſint icorruptibilia: m'lto fortiꝰ itell'ſ agēs erit icorruptibilis. ergo ⁊ aīa hūana: cuiꝰ eſt lumē intell'ſ agens: vt ex pmiſſis pȝ. Itē nulla forma corrūpit̄ niſi vel actione ꝯrij vel p corruptionē ſui ſubiecti vl' p defectū ſue cauſe. Per actionē qdē ꝯrij: ſicut calor deſtruit̄ p actionez frigidi. Per corruptōez āt ſui ſubi ſicut deſtructo oculo deſtruit̄ vis viſiua. Per defectū āt cauſe ſicut lumē aeris deficit deficiēte ſolis pñtia: q̄ erat ipſiꝰ cā. ſed aīa humana nō pōt corrūpi p actionē ꝯrij. Nō eſt. n. aliqđ aīe ꝯriū cū per intell'm poſſibilē ipa ſit cognoſcitiua ⁊ receptiua oium ꝯrioꝝ. Sil'r aūt neqȝ p corruptōez ſui ſubi. Oñſum eſt eni ſupra ꝙ aīa humana eſt forma nō depēdens a corpore ſm ſuū eſſe. Sil'r aūt neqȝ p deficientiā ſue cauſe: qꝛ non pōt hēre aliq̄ cām niſi eternā. Nulloꝰ ergo aīa humana pōt corrūpi.) Hec ille cū m'ltis alijs. Item cap. 55. pbat. 12. rōnibus ꝙ oīs ſuba itellectualis eſt incorruptibilis: ⁊ eaſdē rōnes in virtute ponit in q̄ōnibus de aīa. q. 14. ¶ 2ª ꝯ. L3 reſurrectio ſola diua virtute pficiat̄: tñ angeli cooperabunt̄ ad aliqđ pambuliū reſurrectōi. Primā partē huiꝰ ꝯnis ponit ſcūs Tho. 4. diſ. 43. q. i. arti. i. in ſolone. 3. q. vbi ſic dr̄. (Motus ſiue actio aliq̄ tripl'r ſe hȝ ad nām. Eſt eni aliqs motus ſiue actio cuꝰ nā nec eſt pñm nec terminus: ⁊ tal' motꝰ q̄nqȝ eſt a pñº ſupra nāȝ: vt pȝ de glificatiōe corpis: q̄nqȝ aūt a pñº alio q̄cunqȝ: ſicut pȝ de motu violēto lapidis ſurſum: q terminat̄ ad quietē violentā. Eſt etiā aliqs motus cuius principiū ⁊ terminus eſt nā: vt patet in motu lapidis deorſum. Eſt etiam aliquis motus cuius terminus eſt natura: ſed nō principiuȝ: ſed quādoqȝ aliquid ſupra naturā: ſicut patet in illuminatiōe ceci: quia viſus nālis eſt: ſed illuminationis pñm eſt ſupra naturā. Q̄nqȝ aūt aliqđ aliud: vt patet de acceleratōe florū vel fructuum per artificiū facta. Qꝛ autē pncipiū ſit natura ⁊ non ter-

Z. c. 19.

Motus ſiue actio triplicir ſe hēt ad naturam.

minus eſſe non põt: qꝛ principia nãlia ſunt ad effectus
determinatos diffinita: vltra quos ſe extendere nõ poſ-
ſunt. Operatio ergo vel motus primo mõ ſe habens ad
nãm nullo mõ põt dici nãlis: ſ; eſt vel miraculoſa ſi ſit
a pñcipio ſupra nãm: vl̃ violenta ſi ſit ab alio quocũqꝫ
pñº. Operatio aũt vel motus ſcðo mõ ſe hñs ad nãꝫ: eſt
ſimplr̃ nãlis. S; operatio que tertio mõ ſe h; ad nãm
non põt dici ſimplr̃ nãlis: ſed ſꝫ gd inq̃tũ. ſ. pducit ad
illud qð eſt ſcðm nãm: ſ; vel dr̃ miraculoſa vl̃ artificia
lis aut violenta. Nãle enĩ pprie dr̃ qð ſꝫ nãm eſt. Scðꝫ
aũt nãm dr̃ eẽ hñs nãm ⁊ que ꝯſequunt̃ nãm: vt p; zº.
T c.5. phyſi. vñ motus ſimplr̃ loquẽdo nõ põt dici nãlis: niſi
eius pñm ſit nã. Reſurrectiõis aũt pñm nã eſſe non põt:
q̃tũis ad vitam nãe reſurrectio termineẗ. Nã enim eſt
pñm motus in eo in quo eſt vl̃ actiuũ: vt p; in motu gra
uiũ ⁊ leuiũ: ⁊ in alteratiõibus nãlib⁹ aialiũ: vel paſſiuũ
vt p; in gñatione ſimpliciũ corpoꝝ. Paſſiuũ aũt pñm
nãlis gñationis eſt po⁹ paſſiua nãlis: que ſp̱ h; aliq̃ȝ po-
T.c.13. tentiã actiuã ſibi correſpõdentẽ in nã: vt dr̃. 9. metaph.
Nec q̃tũ ad hoc dr̃t: ſiue rñdeat paſſiuo actiuũ pñm in
nã reſpectu vltime pfectionis. ſ. forme: ſiue reſpectu di-
ſpõnis: que eſt neceſſitas ad formã vltimaꝫ: ſicut eſt in
gñatione hoĩs ſm poſitioneꝫ fidei: vel ẽt de oĩbus alijs
ſm opõnẽ Platonis ⁊ Auicẽne. Nullũ aũt actiuũ pñm
reſurrectionis eſt in nã neqꝫ reſpectu ꝯiunctiõis aĩe ad
corpus: neqꝫ reſpectu diſpõnis q̃ eſt neceſſitas ad taleꝫ
ꝯiunctionẽ: qꝛ talis diſpõ non põt a nã induci niſi deter
minato mõ per viam gñatõis ex ſemine. Vñ ⁊ ſi ponaẗ
eſſe aliq̃ po⁹ paſſiua ex parte corporis ſeu etiã ĩclinatio
q̃cunqꝫ aĩe ad ꝯiunctõeꝫ: non eſt talis q̃ ſufficiat ad rõ
nem motus nãlis. Vñ reſurrectio ſimplr̃ loquendo eſt
miraculoſa ⁊ non nãlis niſi ſm gd.) Hec ille. Ex qbus
põt argui p̱ prima parte ꝯnis: qꝛ nullũ pñm actiuũ crea-
tum põt aiaꝫ ſeparatã corpori ꝯiungere. Scðaꝫ võ par-
tem ꝯnis ponit idẽ ibidẽ articlo ſcðo in ſolõne zᵉ qõnis
vbi ſic dic̃. (Sicut Aug. dicit. 3. de trinitate q̃ ſicut cor-
pora craſſiora ⁊ iferiora p̱ ſubtiliora ⁊ potẽtiora quodã
ordine reguntur: ita oĩa corpora a deo regunẗ per ſpm̃ vi-
te rõnalẽ. Et hoc ẽt Greg. 4. dial. tãgit. vñ in oĩbus que
corporalr̃ a deo fiũt vtiẗ deus miniſterio angeloꝝ. In
reſurrectõe aũt eſt aliqd ad trãſmutationẽ corpoꝝ perti
nens. ſ. collectio cinerũ ⁊ coꝝ p̃paratio ad reparationeꝫ
humani corporis. vñ q̃tum ad hoc vteẗ deus miniſte-
rio angeloꝝ: ſ; aĩa ſicut a deo imediate creata eſt: ita i-
mediate a deo corpori vnieẗ iterato ſine aliq̃ operatõe
angeloꝝ. Silr̃ etiã gloriã corporis ipſe faciet ſine mini-
ſterio angelorũ: ſicut ⁊ aĩam imediate glĩficat. et iſtud
miniſteriũ angeloꝝ vox dr̃ ſm vnã expoſitionẽ q̃ tan-
gitur in lr̃a.) Hec ille. Itẽ arguẽdo recitat illud prime
theẗ. 4. Ubi diciẗ q̃ dñs in voce archangeli deſcẽdet
de celo ⁊ mortui reſurgent: ergo reſurrectio mortuoꝝ
miniſterio angeloꝝ complebiẗ. Et qbus p; rõ pro ſcða
parte ꝯnis: qꝛ in oĩ corporali trãſmutatõe diuinitus facta
de⁹ vtitur angelico miniſterio: ſ; reſurrectio mortuorũ
eſt h̃mõi ergo ⁊c. ❡ 3ᵃ ꝯ. In reſurrectione erit aliqd qð fiet
in iſtanti: ⁊ aliqd qð fiet in tp̱e. Hãc ponit ibidẽ ar. 3º. in
ſolõne. 3. qõnis. vbi ſic dicit. (In reſurrectõe aliqd fiet
miniſterio angeloꝝ ⁊ aliqd virtute diuina imediate vt di
ctũ eſt. Illud ergo qð miniſterio angeloꝝ fiet non erit
in iſtanti ſi inſtans dicat idiuiſibile tp̱is: erit tñ in iſtan
ti ſi iſtans accipiaẗ pro tp̱e imperceptibili. Illud aũt qð
fiet vtute diuina imediate fiet ſubito. ſ. in termino tp̱is q̃
angeloꝝ opus complebiẗ: qꝛ vtus ſupioꝝ iferiorẽ ad pfe
ctionẽ adducit.) Hec ille. Itẽ arguẽdo p̱ iſta ꝯne ſic di
cit. (Uirtus infinita ſubito operaẗ: ſ; ſicut dic̃ Damaſ.
crede reſurrectionẽ futurã diuina virtute de qua ꝯſtat q̃
infinita eſt. ergo reſurrectio fiet ſubito.) Hec ille. Ex q-
bus põt argui pro vtraqꝫ parte ꝯnis in ſil̃ ſic: oĩs motus
fit in tp̱e: ſimplex võ mutatio in iſtanti: ſ; in reſurrectio
ne angeli operabunẗ per motũ localẽ: deus võ p̱ ſimpli
cem mutationẽ vel pductionẽ. ergo opus angelorũ erit
in tp̱e: opatio võ diuina erit in iſtanti. ❡ 4ᵃ ꝯ. Oẽs hoĩes
reſurgent ſil̃ ⁊ in eodẽ inſtanti. Iſtã ꝯnẽ ponit aplˢ pri-
ma cor. 15. dicens. In momẽto in ictu oculi ⁊c. Per que
vba cõiter doctores ꝯcludunt: q̃ oĩuꝫ reſurrectio erit in
eodẽ inſtãti. Eãdẽ ꝯnẽ ponit virtualr̃ ſctũs Tho. 4. ſen.
diſ. 43. arti. 3. q. 3. Nã vt recitatũ eſt ſtatim ibidẽ dicit:
q̃ illud qð fiet virtute diuina in tali generali reſurrectõe
fiet in inſtãti. Itẽ ibidẽ in ſolõne pmĩ ſic dic̃. (Ezechiel
loquebaẗ pplo rudi: ſicut ⁊ Moyſes. vñ ſicut Moyſes
diſtinxit opa ſex dieꝝ per dies vt rudis ppl̃s cape poſſet
q̃uis oĩa ſil̃ ſint facta ſm Augu. ita Ezechielis diuerſa
q̃ in reſurrectiõe futura ſũt expreſſit diſtincte: q̃uis oĩa
ſil̃ ſint futura ĩ iſtãti.) Itẽ ibideꝫ arguit ſic. (Oĩs ſonus
tp̱e menſuraẗ: ſ; ſonus tube cã erit reſurrectõis. ergo re
ſurrectio fiet ĩ tp̱e ⁊ nõ ſubito.) Ecce argm̃. Seqẗ rñſio.
(Dõm inqt q̃ idẽ vr̃ eẽ de ſono illo ⁊ de formis ſacroꝝ
ſ. q̃ in vltimo iſtanti plãtõis effectũ ſuũ hẽbit.) Hec il
le. Itẽ in ſolõne pᵉ 4ᵉ. q. ſic dic̃. (Vñ reſurrectio erit: nõ
erit tp̱s: ſ; terminus tp̱is: qꝛ in eodẽ inſtãti in quo ceſſa-
bit motus: erit reſurrectio mortuoꝝ ⁊c.) Hec ille. Ex q-
bus põt argui p̱ ꝯne ſic. Oĩum reſurrectio erit in vltio
iſtanti ſonitus tube angeˡᶜ ⁊ in vltio iſtãti motus celi: ſ;
illud nõ erit niſi vnũ ⁊ nõ multa. g̃ oĩuꝫ reſurrectio erit
in eodẽ iſtanti. Et in hoc pmus articulus terminaẗ.

Quãtũ ad zᵐ articulũ arguendũ eſt ꝯ ꝯcl̃ones. Et quideꝫ ꝯ primã arguit Scotus dupliciter. Contra fundamentũ prime ꝯcl̃ões arguit Sco. d. 43. q. ſcða ad arg.
Primo ꝯ fundamentũ ꝯcl̃onis. ſ. q̃ rões pbantes imor-
talitatẽ aĩe nõ ſũt efficaces. Scðo q̃ ꝯceſſo illo funda-
mẽto rões pbãtes reſurrectiõeꝫ nõ ꝯuincũt. ❡ Cõtra
pᵐ arguit ſic. Qꝛ pma rõ nr̃a que fundaẗ in hac ppõne
q̃ nãle deſideriũ nõ eſt fruſtra ⁊c. Illa inqt pbatio non
vꝫ: qꝛ aut arguiẗ de nãli deſiderio pprie dicto: ⁊ illud
nõ eſt aliqs actus elicitus: ſ; ſola ĩclinatio nãe ad aliqd
⁊ tũc planũ eſt q̃ nõ põt pbari deſideriũ nãle ad aliqd
niſi pmo pbeẗ poſſibilitas in nã ad illud: ⁊ p̱ ꝯñs ecõuerſo
arguẽdo eſt petitio pñcipij. Aut arguiẗ de deſiderio nã-
li minus pprie dicto q̃. ſ. eſt aliqs actus elicitus: ſ; ꝯcor-
diter inclinatiõi nãli: ⁊ tunc certũ eſt q̃ nõ põt probari
q̃ aliqð deſideriũ elicitũ ſit nãle illoˢ niſi prius probeẗ
q̃ ad illud idẽ ſit nãle deſideriũ pmo mõ. Et ſi arguas
illud nãliter deſideraẗ qð apphenſo ſtatim actu elicito
deſidereẗ: qꝛ iſta pronitas nõ vr̃ eſſe niſi ex ĩclinatione
nãli. Hoc vnoˢ negareẗ pmo: qꝛ vitioſus ſtatim ĩclinaẗ
ad deſiderandũ ſm ſuũ habitũ illud qð ei offerẗ. Sed
qꝛ nã nõ ſtatim ex ſe eſt vicioſa: nec in oĩbus: ⁊ qlibꝫ ſta
tim appetit illud apphenſuꝫ: ſequiẗ q̃ illud deſideriuꝫ
nõ ẽ vitioſuꝫ. ergo iſta rñſio nõ ẽ gñalis. Iõ põt dici q̃
opꝫ oſtendere illam apprehenſionẽ eſſe ſcðꝫ rectam rõ
nem ⁊ non erroꝝᵐ. Alioquin ſi ad apprehenſionẽ erroꝝᵐ
ſtatim omnes appetant actu elicito: non ſequiẗ illud eẽ
ꝯſonũ inclinatiõi nãli nature. Imo magis oppoſitũ. Nõ
eſt autẽ manifeſtũ per rationẽ naturalẽ q̃ rõ oſtendẽs
hoĩem ſemp̱ eſſe tanquã appetibile ſit recta ⁊ non erro-
nea: qꝛ prius opꝫ oſtendere q̃ iſtud poſſet cõpetere hoĩ.
Breuiter ergo oẽ mediũ ex deſiderio nãli vr̃ eſſe ineffi-
cax: quia ad efficaciaꝫ eius oportet oſtendere vel poten-
tiã nãlem eſſe in natura ad illud: vel q̃ apprehenſio ad
quã ſtatim ſequiẗ deſideriũ illud ſi eſt actus elicitus: ſit
apprehenſio certa ⁊ non erronea. Et hoꝝ pmũ eſt idem
cũ ꝯne

eam ꝯne que cõcludit̃ ex deſiderio nãli. 2ᵐ aũt eſt diffi cilius vel minus notũ ꝯne iſta. Et ſi dicat̃ ꝙ deſideriũ nãle hoĩs ad imoꝛtalitatẽ pꝛobat̃ ex hoc ꝙ nãliter fu git moꝛtẽ. Non vꝫ: qꝛ equalr ꝯcluderet de bruto. ¶ 2°. pncipalr arguit ad idẽ: ꝙ illa rõ que adducit̃ ad idẽ oſtendẽdũ ex imãlitate ipſi⁹ aĩe: que iſfert aĩam nõ hẽre potentiã ad non eſſe non vꝫ: qꝛ lꝫ mã ſit illud quo res põt eſſe ⁊ nõ eſſe: nõ tñ eſt ſic itelligendũ ꝙ mã eſt qua res cuius ipſa eſt pars põt eẽ ⁊ non eſſe: ſꝫ ſic ꝙ mã eſt qua res: cuius ipſa eſt pars vel que recipit̃ in ipſa põt eſſe et non eſſe. alioquin forma ignis nõ poſſet non eſſe: qꝛ mã nõ eſt pars forme ignis. ¶ 3°. arguit ꝙ illa rõ que ſumitur ex idẽtitate eẽ ipſius aĩe in coꝛpoꝛe ⁊ ex̃ coꝛpus non valeat: qꝛ ſi intelligit̃ aĩam per ſe hẽre eſſe idẽ in toto ⁊ ex̃ totum put per ſe eſſe diſtinguit̃ ꝯ ineſſe accñtis: hoc mõ forma ignis ſi eſſet ſine mã: hẽret p ſe eſſe: ⁊ tũc poſſet ꝯcludi ꝙ forma ignis eẽt incoꝛruptibilis. Si aũt intelligit̃ de eſſe per ſe ꝙ cõpetit cõpoſito vl̃ ſuppoſito in gñe ſubẽ: falſum eſt ꝙ aĩa ſine coꝛpoꝛe hẽat per ſe eſſe: qꝛ tunc eẽ eius nõ eſſet cõicabile alteri: qꝛ in diuĩs etiã per ſe eſſe iſto mõ receptũ eſt incõicabile: tñ quolꝫ mõ intelligat̃ rõ deficit aĩa hꝫ per ſe eſſe ſine coꝛpoꝛe. ergo nõ indiget coꝛpoꝛe. Quia in ſcđo itellectu antecedẽs eſt falſum: in p̃ ꝯña non vꝫ: qꝛ niſi addas. Id qđ nãliter ſiue ſine miraculo hꝫ per ſe eſſe primo mõ. Sꝫ hec ꝓpoſitio eſt credita: ⁊ nõ per nãlem rõnem oſtenſa. ¶ 4°. qa pncipalr arguit: qꝛ illa rõ que fundat̃ in hoc ꝙ aĩa non eſt ſeparabilis a ſeipſa ⁊c̃. nõ ꝯcludit: quia nõ oĩs coꝛruptio eſt per ſeparationẽ alicuius ab alio. Accipiendo. n. eſſe angeli ſi illud ponat̃ aliud ab eẽntia non eſt ſeparabile ab ipſo: eſt tñ diſiunctibile per ſucceſſiones oppoſiti ad ipm eẽ.) Hec ille. ¶ 2° loco arguit ꝙ rõnes ꝓbãtes

Utraꝫ rõnes glo. ſ. Tho. pꝛobat aĩam non poſſe ꝑpetuo manere extra coꝛpus ſine efficacẽs.

aĩam nõ poſſe ꝑpetuo remanere ex̃ coꝛpus ſint inefficaces. Pꝛio quidẽ: qꝛ pꝛima rõ que fundat̃ in hac ꝓpõne. Nulla pars ex̃ totũ eſt ꝑfecta ⁊c̃. nõ ꝓcedit: qꝛ illa maxima nõ eſt vera: niſi de pte que recipit aliq̃s ꝑfectiões in toto. aĩa rõnalis aũt nõ recipit ſed cõicat. vñ rõ põt foꝛmari ad opp̃ᵐ: qꝛ nõ repugnat alicui eque ꝑfecto in ſe manere: lꝫ alteri nõ cõicet ſuã ꝑfectionẽ. Hoc autem apparet ex cã efficiẽte: cui nõ repugnat q̃tũcũqꝫ manere ſine ſuo effectu. Sꝫ aĩa manet eque ꝑfecta in eẽ ſuo ꝓpꝛio ſiue ꝯiuncta ſiue ſeparata tñ i hoc hñs dñiaꝫ ꝙ ſeparata nõ cõicat ſuũ eẽ alteri. ¶ 2°. qꝛ ſcđa rõ fundata ſup hoc ꝙ ſeparatio aĩe a coꝛpe eſt violẽta ⁊c̃. nõ ꝓcedit: qꝛ dicet̃ ꝙ duplex eſt iclinatio nãlis: vna ad actum pꝛimũ ⁊ iꝑfecta ad ꝑfectũ: ⁊ ꝯcomitat̃ potentiã eſſentialẽ. alia ad actũ ſcđm ⁊ ꝯcomitat̃ potentiã accñtalẽ. De p̃ᵃ veꝝ eſt ꝙ oppoſitũ eius eſt violẽtũ ⁊ nõ ꝑpetuũ: qꝛ ponit iꝑfectionẽ ꝑpetuã quã phs habuit p iconueniẽti: qꝛ ponit in vniuerſo eẽ aliqñ ablatiuas cuiuſcũqꝫ iꝑfectiõis. ſed ſcđa iclinatio ⁊ ſi ꝑpetuo ſuſpendat̃ nullũ violentũ ꝓpꝛie dr̃: qꝛ nec iꝑfectio. Nũc aũt iclinatio aĩe ad coꝛpus eſt tñ 2ᵃ: vel diceret̃ ſm Auicẽnã ꝙ appetitus aĩe ſaciatus eſt p hoc ꝙ ꝑficit coꝛpus: qꝛ illa cõiunctio eſt ad hoc vt aĩa mediãte coꝛpe acq̃rat ſuã ꝑfectiões p ſenſus quã nõ poſſit acq̃rere ſine ſenſib⁹. ⁊ p ꝯñs: nec ſine coꝛpe: ſcl̃ ãt ꝯiũcta acq̃ſiuit q̃tũ ipm ſimplr appetqꝫ acq̃rere illo⁹. ¶ 3°. pnᵗᵉʳ: qꝛ 3ᵃ rõ fũdata ſup iuſtitia dei retribuẽtie nõ vꝫ: qꝛ nõ appet p rõnẽ nãlẽ ꝙ ſit vnus rectoꝛ hoĩuꝫ ſꝫ leges iuſtitie retributiue ⁊ punitiue. Et eſto ꝙ ſic diceret̃ ꝙ vnuſq̃ſqꝫ in bono actu ſuo ſit retributõ ſufficiẽter ſic dic̃ Aug. Iuſſiſti dñe ⁊ ita eſt: vt ſit ſibi pena oĩs pctõꝛ: ita ꝙ ipſꝫ pctm̃ eſt p̃ᵃ pena pcti. Hec Scot⁹. ¶ Cõtra 2ᵃᵐ ꝯnẽ arguit Aureo. ꝓbãdo ꝙ opio nr̃a hꝫ ponere ꝙ aĩa btã põt ꝟtute ꝓpꝛia ſe vnire coꝛpoꝛi oꝛganico ⁊ diſpoſito: ⁊ ita ꝙ reſurrectio nõ ſolũ fiat diuĩa virtute quo ad vnionẽ aĩe ⁊ coꝛpoꝛis. Quero

Utrum aĩa ſeparata beata poſſit virtute ꝓpꝛia ſe vnire coꝛpoꝛi oꝛganico, diſpoſito.

inq̃t qđ itelligis p talẽ vnionẽ: quã tu ponis eẽ relatõẽꝫ iter aĩam ⁊ coꝛpus. Aut itelligis intimã pñtialitatẽ aĩe ad coꝛpus: aut vltra iſtã intimã pñtialitatẽ dicit aliqđ agere fluens ab aĩa in coꝛpus. mõ aĩa põt in iſtos duos reſpect⁹ in oꝛdĩe ad coꝛp⁹ ꝑfecte diſpoſitũ. Tũ qꝛ põt ſe facere itime pñtẽ coꝛpi ꝑfecte diſpoſito: ⁊ põt ꝓpꝛia virtute coꝛp⁹ ꝑfecte diſpoᵐ aĩare. ergo ⁊c̃. De pñtialitate. ſ. ꝓbo aſſumptũ: qꝛ ſicut aĩa poſt reſurrectionẽ exiſtens i celo põt ſe ⁊ coꝛp⁹ ꝓpꝛiũ facere itime pñs alicui coꝛpi in terra ſic ſepata coꝛpi diſpoſito. Cõfirmat̃: qꝛ ſicut angelus põt ꝓpꝛia ꝟtute ſe trãſmutare de vna pñtialitate ad aliã q̃ careret de nõ pñte facere pñtẽ ſe alicui: ita vr̃ ꝙ aĩa ſepata poſſit facere ſe pñtẽ itime ſuo coꝛpi. Scđꝫ ſilr ꝓbo. ſ. de aĩare: qꝛ oẽ agens reſpectu illius qđ dr̃ ab eo ꝓfluere hꝫ poᵗᵉᵐ: mõ aĩare ⁊ viuificare dr̃ ꝓfluere ab aĩa. ergo ⁊c̃. ¶ 2°. loco arguit: ꝙ vnio aĩe cum mã nõ iportet ꝯiunctionẽ ſeu copulatõẽꝫ: q̃ ſit hitudo mera poſitiua: ſꝫ magis aliqđ ꝑuatiuũ. ſ. indiuiſionẽ. Nõ enĩ aĩa ⁊ coꝛpus ſũt ꝓpꝛie copulata vel vnita in aliq̃ medio: ⁊ ſꝫ potius ſũt vnũ idiuiſuꝫ i actu. Et hͦ ꝓbat̃ duplici rõne. Pꝛima eſt: qꝛ nõ eſt maioꝛ vnitas duaꝝ ꝑtiũ ligni cuiuſdẽ ꝯtinui ſub q̃titate q̃ſ ſit cõpoſiti ex mã ⁊ foꝛᵉ: ſꝫ vnitas partiũ ligni ſub q̃titate non eſt vnitas: que ſit copulatio aut q̃dã habitudo poſitiua: ſꝫ eſt vnitas oĩmode indiuiſiõis: eo ꝙ ps eſt oĩno idiuiſa in actu ab alia parte: alias nõ eſſet vnitas ꝯtinuatõis. 2ᵃ rõ eſt qꝛ ſm ꝙ oẽs dicũt tres ſunt ſubſtãtie. ſ. mã ⁊ foꝛma ⁊ cõpoᵐ ex his: qđ non eſt res ſupaddita: ſꝫ reſultans ex duabus. Tunc ſic: cõpoſitũ nõ eſt altera partiũ nec ambe vt iuncte ſũt qꝛ nõ ꝯiungant̃ ꝓpꝛie: ſꝫ diuidunt̃ abinuicẽ in actu. Et hoc mõ dĩm eſt ꝙ ſunt vna res indiuiſa in qđdã tertiũ reſultans. Pꝛobat̃ ergo ꝙ ſit dare talẽ tertiã rem: ⁊ per ꝯñs ꝙ mã ⁊ foꝛma ſunt idẽ in actu: ⁊ p ꝯñs indiuiſa in illa re. quia entitas cõpoſiti eſt vna res: res autẽ ⁊ vnũ cõuertunt̃ ⁊ vnũ et indiſtinctũ ſunt idẽ. Quero qđ eſt ſubm̃ illius idiuiſionis ⁊ indiſtinctiõis: aut illud eſt mã ⁊ foꝛma: ſic ꝙ qđlibet eoꝝ ſm ſuam entitatẽ ſit indiuiſum ab alio: aut illud eſt res 3ᵃ que ſit addita: aut illud eſt vtrũqꝫ. ſ. mã ⁊ foꝛma vt ſũt indiuiſa. Nõ p̃mo mõ: qꝛ idiuiſio non põt fundari in rebus diuiſis. Nec ſcđo mõ: qꝛ tunc cõpoſitũ eſſet res tertia cõpoſitaꝝ eſſet diuiſa ab aliꝫ. Opꝫ ergo dare tertiũ. ſ. ꝙ illã indiuiſionẽꝫ fundat vtrũqꝫ. ſ. mã ⁊ foꝛma: ⁊ hoc mõ reſultatiue ꝯſtituant vnũ indiuiſuꝫ. ¶ Cõfirmat̃ per dictũ phi appꝛobantis dictũ Licrofon. qui dicit ꝙ nõ dꝫ ꝯcedi iſta: hõ eſt albus: ſed hõ albet: qꝛ in p̃ma ꝓpoſitiõe notat̃ diuiſio iter ſubm̃ ⁊ pꝛedicatũ: qđ non notat̃ in ſcđa. ⁊ Ariſt. quidẽ dicit ꝙ ſubiectũ ⁊ foꝛma ſunt duo in poᵃ: ſꝫ nõ in actu. Hec Aureolus. ¶ Cõtra eandẽ ꝯnẽ tendũt in virtute arg⁹ hẽrici q̃libꝫ. xi. q. 14. vbi q̃rit. vtꝝ aĩa ſeparata nõ ipedita poſſit reuniri virtute ꝓpꝛia coꝛpoꝛi diſpoſito. Dicit enĩ ſic. aĩa cũ ſit foꝛᵃ que nõ educit̃ de poᵃ mãe ſꝫ creat̃: ⁊ per nãm vel eẽntiã ſit pñs ſuo ꝑfectibili vt pꝛopꝛiũ actiuũ cũ ꝓpꝛio paſſiuo: actionẽ que eſt eſſe: aĩa ex ſeipſa agit nãliter in ꝓpꝛiũ coꝛpus cũ eſt ei appꝛoximata: ſicut calidũ appꝛoximatũ calefactibili perficit ipſius in eſſe calido. Pꝛopinꝫ enim actiuum appꝛoximatum ſuo paſſo impoſſibile eſt non agere pꝛopꝛiam actionẽꝫ. et ideo aĩa vnita coꝛpoꝛi cõicat ei vires ſuas: vt foꝛma mãe. Et ideo cum vnita fuerit coꝛpoꝛi ſuo diſpoſito: vt ſe hẽat ad ipm ſicut nãlis ꝑfectio agit in ipm ꝑfectiões que eſt eſſe: ita tñ ꝙ lꝫ aĩa non impedita volũtate trãſferat ſe in coꝛpus ſuũ ⁊ ei intimet̃: p hͦ tñ nõ vnit̃ ei ſic.

Nam tam oia ꝙ angelus pōt ſe tranſferre in lapidē: ſꝫ ſic intimata corpori ſuo diſpoſito vt nāle actiuū ꝓprio paſſiuo nāliter: nō voluntarie niſi volūtate cōcomitāte vnitur corpori ⁊ dat ei eſſe ſubale. Sicut ſi ſub ſpēbus ſacri virtute diuina reiterat̄ ſuba panis: ille ſpēs illi ſubeſſent cē accñtale ſicut pūs: ⁊ ſicut graue nō īpeditū facit ſe deorſum ⁊ vnit ſe ei vt termineſ appetitus eiꝰ. Sꝫ hoc aliter eſt in graui: aliter in aīa: qꝛ graue per pondus grauitatis: aīa ꝑ pōdus amoris volūtarij ferſ ad ſuum corpus ⁊ ei intimaſ: tñ ꝑ pondus amoris nālis vniſ ei ⁊ quieſcit nālis appetitus. Et ſic ꝓpria virtute pōt ſe trāſferre ad ſuū corpus non īpedita.) Hec ille. ¶ Cōtra tertiā ꝯnē arguit Durādus ꝓbando ꝙ reſurrectio mortuorū quātum ad organiçatiōeꝫ corpoꝝ nō fit in īſtāti. Primo qꝛ impoſſe eſt motū localē fieri in īſtanti: ſꝫ ſi organiçatio corporū in reſurrectione ſubito fieret: motus localis fieret in īſtanti. ergo iſta organiçatio nō fiet ſubito. Maior ſupponiſ. ſꝫ minor ꝓbaſ: qꝛ pulueres ex qbus formabiſ corpus vl' erūt maioris q̄ntitatis aut minoris q̄ corpus formādū aut eq̄lis: ſi maioris q̄ntitatis ⁊ corpus formeſ ex eis ſubito: ſequiſ ꝙ aliqd de loco puluerꝫ remanebit vacuū: aut ad illū mouebiſ alia ps aeris circūſtātis in īſtanti. vacuū aūt nō pōt eē: ergo iſte motus erit in inſtanti. Si autē ſint minoris q̄ntitatis q̄ corpus formandū idem ſequiſ: qꝛ corpus formatū ſubito occupabit maiorē locū: ſꝫ hoc nō poterit eē niſi ſubito cedat ei aliq̄ pars aeris circūſtātis: ceſſio aūt illa nō poterit fieri ſubito: niſi qꝛ pars illa aeris que diciſ cedere ſubito moueſ de loco: ⁊ ſic idē qđ prius. Si aūt eq̄lis: idē ſequiſ: qꝛ organiçatū aliter figurabiſ q̄ pulueres: ex qbus formabiſ. ſed in figuratione noua neceſſe eſt eē nouū ordinē ⁊ nouā poſitionē partiū ſubiecti ſm dextrū ⁊ ſiniſtrū ante ⁊ retro: ſi ergo corpus formabiſ ſubito noua poſitio partiū fieret ſubito. Sꝫ talis non pōt fieri niſi cū locali ceſſiōe corꝑis circūſtantis. ergo motus localis eſſet in īſtanti. Forte diceſ ad hāc rōnē ꝙ motus localis pōt diua vtute fieri in īſtāti: ſꝫ hoc nō poſſit fieri vtute nāe: illa autē ceſſio q̄ localiter cedet ps aeris corꝑi reſurgēti fiet virtute diua. Nā ſicut corpus motuꝫ ab aliq̄ expellit aliud de loco ſuo ⁊ cogit ipm moueri: ⁊ tñ corpus expulſum ꝓprie nō moueſ a corꝑe expellēte: ſꝫ a motore eius: ita in ꝓpoſito deus formans corpus maius q̄ ſint pulueres: ex qbus formabiſ formādo tale corpus expellet ptes aeris circūſtātis de locis ſuis in īſtanti. Sꝫ iſta rñſio nō vꝫ valere: qꝛ ꝙ dꝛ ꝙ motus localis vtute diua pōt fieri in īſtanti nō eſt veꝝ: qꝛ ſile eſt de alteratiōe ꝑ quā forᵃ educiſ de eſſe īperfecto ad eſſe ꝑfectū per medios gradus: ⁊ de motu locali ꝑ quē mobile q̄cunqꝫ virtute moueaſ ꝑtrāſit de extremo in extremū ꝑ mediū. Sꝫ talis alteratio nō pōt fieri in īſtanti: ſed neceſſario fit in tpe. ergo ⁊ oīs motꝰ localis. Maior pꝫ: qꝛ magis vꝫ ꝙ talis alteratio poſſit fieri in īſtanti q̄ aliqs motus localis. Videmus. n. in gñe alterationū ꝙ aliq̄ pōt fieri in īſtanti etiā per nām vt illuminatio aeris: ſꝫ nullū motū localē videmus fieri in īſtāti. ergo q̄ntū eſt ex gñe eorū magis repugnat motui locali fieri in inſtanti q̄ alterationi. In ſpāli aūt poniſ ſilis cā vtrobiqꝫ: qꝛ poniſ ꝙ nō ſit ꝓceſſus ab extremo in extremū niſi ꝑ mediū: qꝛ ſi nō eſt poſſe talē alterationē eē in inſtanti: impoſſe eſt aliquē motū localē fieri in īſtanti. Minor ꝓbaſ: qꝛ ſequereſ ꝙ ſubm alteratiōis ſil' eſſet magis ꝑfectuꝫ ⁊ minus ꝑfectū ſm eandē formā vel ſpēm: qꝛ in eodē īſtanti eēt ſub forma ſm gradū mediū ⁊ ſm gradū ꝑfectū. Illud aūt eſt impoſſe: qꝛ tūc idē poſſet ſil' eſſe magis ⁊ minus calidū ⁊ magis ⁊ minus albū: qđ eſt impoſſe: qꝛ magis ⁊ minus dꝛ ꝑ oppoſitionē ⁊ incōpoſſibilitatē: cū poſſint eē termini motus ſeu mutatiōis. Itē ſi motus localis poſſet fieri in īſtanti: ſeq̄reſ ꝙ mobile ſil' eēt in medio ⁊ in termino. Si. n. prius eſſet in medio q̄ in termino iā nō eſſet motus in īſtanti ſꝫ in tpe: qꝛ pūs ⁊ poſterius duratione neceſſario reqrunt tpꝰ: ſꝫ idē corpus eſſe ſil' in diuerſis locis localr' eſt impoſſe q̄cunqꝫ vtute. ergo impoſſe eſt ꝙ mobile ſil' ſit in medio ⁊ in termino: ⁊ ꝑ ꝯñs ꝙ motus localis fiat in īſtanti. ¶ 2ᵒ. pñcipalr' arguit ꝯ ꝯnē ꝓbando ꝙ aiatio ⁊ organiçatio nō fiāt in eodē inſtāti: qꝛ aiatio eſt quedā mutatio. ſꝫ termini mutatiōis qui ſūt ħitus ⁊ priuatio ſm phm 7ᵒ. ⁊ 5ᵒ. phyſi. non pñt eſſe ſil' tpe in eodē ſubo. ergo aiationē ꝑceſſit tpe in corꝑe organiçato ꝙ ſubijciſ aīe priuatio actualis exiſtens ipſiꝰ aīe. et ſic aiatio corꝑis ⁊ eius organiçatio nō fuerunt ſil. Forte diceſ ad hāc rōnē ꝙ illa aiatio nō erit mutatio: qꝛ oīs inductio forᵉ in paſſuꝫ: quā nō ꝑceſſit ipm paſſuꝫ tpe: non eſt mutatio: ſꝫ ē paſſio de gñe paſſiōis: ꝙ nō ſit mutatio pꝫ qꝛ oīs mutatio ē īter terminos oppᵒˢ q nō cōpatiunſ ſe inuicē in eodē ſubo ꝓ eodē īſtanti. ḡ vbi eſt vera mutatio opꝫ terminū a quo ꝑexiſtere in ſubo añ introductionē termini ad quē. Si ergo ſubꝫ nō ꝑexiſtit nō erit mutatio: erit tñ paſſio: qꝛ oīs receptio paſſio q̄daꝫ eſt: ſꝫ iſta rñſio nō vꝫ: ſꝫ eni poſſit eē aliq̄ paſſio ſeu receptio q̄ nō ſit vera mutatio: tñ aiatio q̄ erit in reſurrectione erit vera mutatio: qꝛ ſubm ſe hēbit aliter tūc q̄ pūs. Mā eni q̄ recipieſ aīa fuit pūs īmediate ſub forᵃ puluerꝫ. Non enim vt iſti imaginanſ ꝑcedet formatio corꝑis nāliter aiationē. imo aiatio ꝑcedet nāliter formationē. Si eniꝫ formatio corꝑis ꝑcederet aiationē ꝑcederet eā vt diſpō māe in fieri ſolū: qꝛ illa nō manet cū forᵃ: ſed talis formatio vt iſti dicūt in eodē īſtanti eſt cū aīa. ergo ſil' eēt ⁊ nō eēt. Itē deꝰ i agēdo ñ īdiget diſpōnē fieri: qꝛ pōt q̄libet formā introducere in mām īmediate poſt q̄cunqꝫ aliā. Nō eni eſt limitatus ad agēdū ꝑ determinata media ſicut agētia nālia. Cū ergo aiatio fiet vtute diua: pꝫ ꝙ nō reqrit aliq̄ diſpōnē in fieri ꝑcedētē. Nec pōt dici ꝙ formatio corꝑis ſit diſpō in eē: ⁊ ꝙ ꝑcedat aiationē: qꝛ oīs diſpō in eē ſequiſ formā ſubalē q̄ īmediate ꝑficit mām: ⁊ prius ordine nāe q̄ q̄cunqꝫ alia ꝑfectio. ¶ Contra q̄rtā ꝯnē arguit Durādus. Dicit. n. ꝙ non oēs reſurgēt in eodē inſtāti: ſꝫ pūs reſurgēt illi q fuerunt mortui q̄ illi q in aduētu xpi inuenienſ viui: ⁊ nihilominus morienſ vt reſurgāt. Et dicit ꝙ h̄ opꝫ ponere maxīe ꝓpter auctoritatē ſcripture. dicit eniꝫ apls pᵃ theſ. 4. ꝙ mortui q in xpo ſūt reſurgent pˢ. Deide nos q relinqmur ſil' rapiemur cū illis in nubibus obuiā xpo ī aera. Ex quo pꝫ ꝙ qñ mortui iā reſuſcitati obuiabūt xpo in aera: tūc ſil' rapienſ illi q viui inuenienſ: ſꝫ illi in ipo raptu morieſ: ⁊ deide reſuſcitabūſ. ergo poſteriꝰ reſuſcitabūſ q̄ pmi: qꝛ cū primis reſuſcitatis adhuc vixerunt vita mortali. Hoc ēt cogūt vba auctoritatis. Dꝛ eni ꝙ illi q pūs mortui: hoc aūt nō pōt intelligi de pmitate dignitatis apud deū: qꝛ multi q in aduētu xpi inuenienſ viuꝫ erūt maioris meriti ⁊ maioris dignitatis apud deū q̄ aliq eorū q pmus fuerūt mortui. Nec pōt intelligi de pōitate nāe: qꝛ inter indiuidua eiuſdē ſpēi nō eſt ordo nāe: opꝫ ergo ꝙ intelligaſ de pōitate tpis: ꝙ iā aliqs reſuſcitatis illi q in aduentu xpi viui reperienſ: cū illis rapienſ adhuc viuentes vita mortali: ac deinde morienſ: ⁊ poſtea reſuſcitabunſ.) Hec ille. Et in hoc ſcđo articulꝰ termineſ.

Quantū ad 3ᵐ articulū rñdēdū eſt obiectionibꝰ ſupradictis. Et qdē ad pᵐ eoꝝ q̄ Scotus ꝑ loco arguit ꝯ primā ꝯnē. dꝛ p ꝙ nāle deſideriū ꝓprie dictū in cognoſcētibꝰ ꝑ ſenſuꝫ aut intellꝫ eſt actus elicitꝰ: ⁊ nō ſola

Cōtra tertiā ꝯcluſionē arguit Dur. d. 43. q. 4.

Utrū reſurrectio mortuorū quātuꝫ ad organiçationē corporum fiat in īſtanti.

Utrū virtute diuina poſſit motus fieri ī inſtanti.

Nãle deſide/riũ in cognoſ/ſcẽtibus qd.

τ nõ ſola iclinatio nãe ad aliqd: ſicut oñdit ſctũs Tho. prima pte.q.82.ar.1.τ 2.ᵒ vbi oñdit ꝙ volũtas aliqd appetit nãliter τ ex neceſſitate. Idẽ ponit.q.60.ar.1.dicẽs: ſp ꝑus ſaluaẽ in poſteriori.nã aũt eſt ꝑor ꝙ̃ intellectus: q2 nã cuiuſcũqꝫ rei eſt ei⁹ eſſentia. vñ id qð eſt nãe oꝫ ſaluari ẽt i hñtibus intellectũ: eſt aũt hoc cõe oĩ nature vt hẽat aliquã inclinatiõeꝫ q̃ eſt appetit⁹ nãlis vel amor que tñ iclinatio diuerſimode iuenit̃ i diuerſis naturis in vnaq̃qꝫ ſm modũ ei⁹: vñ i nã intellectuali inuenit̃ nãlis iclinatio ſm volũtatẽ: in nã vͦ ſenſitiua ſm appetitũ ſenſitiuũ: in nã vͦ carẽte cognitione ſm ſolũ ordinẽ nãe i aliqd.) Hec ille. Ex qb⁹ ꝯcludit ꝙ in angelis eſt aliq̃ dilectio nãlis: q̃ nõ eſt ſolus ordo nãe in aliqd: immo act⁹ elicit⁹. Sĩle ponit ꝑma 2ᵉ.q.10.ar.1.vbi ꝯcludit ꝙ volũtas mouet̃ ad aliqd nãliter: τ ꝙ talis mot⁹ nãlis volitiõis eſt ꝑn⁹ oĩuꝫ aliaꝝ volitionũ τ motuũ volũtatis: nec tñ oꝫ ꝙ talis nãlis volitiõis mot⁹ ſp inſit volũtati: ſꝫ tñ dũ eſt i aliq̃ diſpõne determinata: vt pꝫ in ſcdo argumẽto. Itẽ ð vitate.q.22.ar.5.τ.4.ſen. di.49.q.1.ar.3.τ multis aliis locis. Dr̃ 2ᵒ ꝙ ꝑ rõnẽ nãlẽ ſufficiẽter ꝓbat̃ ꝙ in nã aĩe rõnalis vel intellect⁹ hũani ẽ potẽtia nãlis ad ꝑpetuitatẽ τ ſp eẽ: vt pꝫ ex dictis phĩ.3.ð aĩa. Sãct⁹ Tho.ẽt 2ᵒ ꝯ gen.ca.54.oñdit multipliciter rõne nãli ꝙ ſubẽ intellectuales ſũt incorruptibiles: τ ꝙ nõ hñt potẽtiã ad nõ eẽ. Arguit.n.ſic 2ᵒ loco. qð ꝑ ſe alicui ꝯpetit ꝯ neceſſitate τ ſp τ iſepabilr eidẽ ineſt: ſicut rotũdũ ꝑ ſe qdẽ ineſt circulo ꝑ accñs aũt eri: vñ es qui dẽ fieri nõ rotũdũ eſt poſſibile: circulũ aũt nõ eẽ rotũdũ ẽ ipoſſibile: eẽ aũt ꝑ ſe ꝯſeq̃t̃ ad formã. per ſe.n.dicim⁹ qð eſt ſcðm ipm: vnũqðqꝫ aũt habet eẽ ſm formã. Subẽ igĩ ipẽ q̃ nõ ſũt forme pñt ꝑuari eſſe ſm ꝙ amittũt formã: ſic es ꝑuat̃ rotũditate ſm ꝙ deſinit eſſe circulare. Subẽ vͦ q̃ ſũt ipſe forme nũq̃ pñt ꝑuari eẽ: ſicut ſi aliq̃ ſubã eẽt ipſe circulus nũq̃ poſſet fieri nõ rotũda: oſtẽſum eſt aũt ſupra ꝙ ſubẽ itellectuales ſũt ipſe forme ſubſiſtẽtes: impoſſibile eſt g̃ ꝙ eẽ deſinant. g̃ ſũt icorruptibiles. ❡ Itẽ 3ᵒ loco arguit ſic: i corrupto remoto actu manet potẽtia: nõ.n.corrũpit̃ aliqd i oĩo nõ ens: ſicut nec gñat̃ ex oĩo nõ ente. In ſubis ãt itellectualib⁹ vt oñſum eſt act⁹ eſt ipm eẽ: ipa aũt ſubã eſt ſicut potẽtia. ſi g̃ ſubã itellectual̃ corrũpat̃ remanebit poſt ſuã corruptionẽ: qð eſt oĩo ipoſſibile: oĩs g̃ ſubã intellectualis eſt icorruptibilis. ❡ Itẽ 4ᵒ loco arguit ſic. In oĩ qð corrũpit̃ oꝫ ꝙ ſit potẽtia ad nõ eẽ: ſi qd g̃ eſt i quo nõ eſt po⁹ ad nõ eẽ: h̃ nõ poteſt eẽ corruptibile. in ſubã aũt itellectuali nõ eſt potẽtia ad nõ eẽ. Manifeſtũ eſt.n.ex dictis ꝙ ſubã ꝯpleta eſt ꝓpriũ ſuſceptiuũ ipſi⁹ eẽ. ꝓpriũ aũt ſuſceptiuũ alicui⁹ act⁹ ita cõpat̃ vt potẽtia ad actũ illũ ꝙ nullo⁹ eſt in po⁹ ad opp̃m. Sicut ignis ita ꝯpat̃ ad calorẽ vt po⁹ ad actũ ꝙ nullo⁹ eſt in po⁹ ad frigĩ: vñ nec in ipſis ſubis corruptibilib⁹ ẽ po⁹ ad nõ eẽ i ipſa ſubã ꝯpleta niſi rõne materie. In ſubis aũt itellectualib⁹ nõ eſt mã: ſꝫ ſũt ſubẽ ꝯplete ſimplices. g̃ in eis nõ eſt potẽtia ad nõ eẽ: ſũt g̃ icorruptibiles. ❡ Itẽ. 5ᵒ loco arguit ſic: i quibuſcũqꝫ ẽ cõpoſitio po⁹ τ actus id qð tenet locũ ꝑme potẽtie ſeu ſubiecti ꝑmi eſt incorruptibile: vñ ẽt in ſubis corpalib⁹ mã ꝑ⁹ ẽ icorruptibil: ſꝫ in ſubis itellectualib⁹ id qð tenet locũ ꝑme po⁹ τ ſubi eſt ipſa eaꝝ ſubã ꝯpleta. g̃ ſubã ipa ẽ icorruptibilis: nihil aũt ẽ corruptibile niſi ꝑ h̃ ꝙ ſua ſubã corrũpitur. g̃ oẽs nãe itellectuales ſũt icorruptibiles. ❡ Item 7ᵒ loco arguit ſic: corrup⁹ mutatio q̃dã eſt quã oꝫ eẽ terminũ mot⁹: vt ꝓbatũ eſt i phyſicis: vñ oꝫ ꝙ oẽ qð corrũpit̃ moueat̃. oſtẽſum eſt aũt in nãlib⁹ ꝙ oẽ qð mouetur eſt corp⁹: oꝫ g̃ oẽ qð corrũpit̃ eẽ corp⁹ ſi ꝑ ſe corrũpat̃: vel eẽ alienã formã ſeu vtutẽ corpis a corpe depẽdẽtẽ ſi corrũpat̃ ꝑ accñs. Subẽ aũt itellectuales non ſunt corpa neqꝫ vtutes ſeu forme a corpe depẽdẽtes. g̃ neqꝫ ꝑ ſe neqꝫ ꝑ accñs corrũpunt̃: ſũt g⁹ oĩo icorruptibiles. ❡ Itẽ 13ᵒ τ vltimo loco arguit ſic: quecũqꝫ icipiũt eẽ τ deſinunt per eãdẽ potẽtiã hñt vtrũqꝫ. eadẽ.n.ẽ po⁹ ad eẽ τ ad nõ eẽ: ſꝫ ſubẽ itellectuales nõ potuerũt icipe eẽ niſi ꝑ potẽtiã ꝑmi agẽtis: nõ.n.ſũt ex mã q̃ ꝑfuerit. g̃ nec eſt aliq̃ potẽtia ad nõ eẽ ipſaꝝ niſi i ꝑ agẽte ſꝫ ꝙ põt nõ influere eis eẽ: ſꝫ ex hac ſola po⁹ nihil pt dici corruptibile. Tũ q2 res dñr neciẽ τ ꝯtigẽtes ſm potentiã que in eis eſt: τ nõ ſm potẽtiã dei: tũ ẽt q2 de⁹ q ẽ inſtitutor nãe nõ ſubtrahit reb⁹ id qð ꝓpriũ naturis eaꝝ. oſtenſum ẽ aũt ꝙ ꝓpriũ ẽ naturis itellectualib⁹ ꝙ ſint perpetue: vñ h̃ eis a deo ñ ſubtrahet̃: ſũt g̃ ſubẽ itellectuales ex oĩ pte incorruptibiles. Hec ille cum multis aliis rõnib⁹ ad idẽ ꝓpoſitũ faciẽtib⁹. ❡ Dr̃ 3ᵒ ꝙ apprehẽſio q̃ aĩa rõnal̃ apphẽdit icorruptibilitatẽ vel imortalitatẽ eẽ ſibi poſſibilẽ τ appetibilẽ rõne nãli ꝯuincit̃ eẽ recta τ nõ erronea. qð pꝫ: tũ ex phõ 3ᵒ de aĩatum ex rõnib⁹ ꝑcedẽtib⁹: tũ ex aliqb⁹ ſequẽtibus. Sctũs Tho. enĩ vbi ſupra arguit ſic: ſicut ſenſibile eſt obiectũ ſẽſus. ita itelligibile ẽ obiectũ itellect⁹: ſenſ⁹ ãt ꝓpa corruptione nõ corrũpit̃ niſi ꝑꝑ excellẽtiã ſui obiecti. ſicut viſus a valde fulgidis: τ audit⁹ a fortib⁹ ſonis. τ ſic de aliis. Dico aũt ꝓpa corrupᵉ: q2 ſenſus ẽt cõrũpit̃ ꝑ accñs ꝑꝑ corruptionẽ ſubiecti: q̃ tñ modus corruptiõis nõ pt accidere i itellectui: cũ nõ ſit act⁹ corpis alicui⁹ q̃ſi a corpe depẽdẽs: vt ſupra oñſum eſt. pꝫ ãt ꝙ nec corrũpit̃ per excellẽtiã ſui obiecti: q2 dũ itelligit valde itelligibile nõ min⁹ immo magis itelligit min⁹ itelligibilia. g̃ itellectus nullo⁹ eſt corruptibilis. Ampli⁹. Intelligibile eſt ꝓpa ꝑfectio itellect⁹: vñ itellect⁹ i actu τ itellectũ i actu ſũt vnũ. qð g̃ ꝯuenit itelligibili inquãtũ eſt itelligibile oꝫ ꝯuenire itellectui inquãtũ hui⁹: q2 ꝑfectio τ ꝑfectibile ſũt vni⁹ gñis. Intelligibile aũt iquãtũ hui⁹ ẽ neciũ τ incorruptibile: neciã.n.ꝑfecte ſunt intellectu itelligibilia: ꝯtingẽtia vͦ inquãtũ hñ deficienter ſolũ: nec hr̃ de eis ſcia: ſꝫ opinio: vñ τ corruptibiliũ ſciam hꝫ ſm ꝙ ſũt incorruptibilia inquãtũ.ſ.ſũt vlia. oꝫ g̃ itellectũ eẽ icorruptibilẽ: adhuc vnũqðqꝫ ꝑficit̃ ſm modum ſue ſubẽ. ex mõ g̃ ꝑfectiõis alicui⁹ rei pt accipi mod⁹ ſubẽ ipſi⁹: intellect⁹ aũt nõ ꝑficit̃ ꝑ motũ: ſꝫ ꝑ h̃ ꝙ eſt extra motũ ꝯſiſtẽs ꝑficit̃.n. ſm intellectũ aĩa ſcia τ prudẽtia ſedatis ꝑmutationib⁹ corpis τ aĩe paſſionũ. vt pꝫ ꝑ phũ.7.phyſicoꝝ. Mod⁹ g̃ ſubẽ itelligẽtis ẽ ꝙ eẽ ſuũ ſit ſupra motũ: τ ꝑ ꝯñs ſupra tps: eẽ ãt cuiuſlibet rei corpalis ſubiacet tpi τ motui. impoſſibile eſt g̃ ſubaꝫ itelligibilẽ eſſe corruptibilẽ. Pre. Impoſſibile eſt nãle ðſideriũ eẽ inane. nã.n. nihil fac̃ fruſtra: ſꝫ qðlibꝫ itelligẽs nãlr ſidẽrat eẽ ꝑpetuũ: nõ ſolũ vt ꝑpetuet̃ i eẽ ſm ſpẽm: ſꝫ hꝫ in indiuiduũ. qð ſic pꝫ. nãlis.n. appetit⁹ quibuſdã ineſt ex apprehẽſiõe: ſicut lup⁹ nãlr deſiderat occiſionẽ aĩaliũ ð qbus paſcit̃: τ hõ nãlr deſiderat felicitatẽ: quibuſdã vero abſqꝫ apprehẽſiõe ex ſola iclinatiõe nãliũ ꝑncipioꝝ: q nãlis appetit⁹ in qbuſdã dr̃: ſicut graue appetit eẽ deorſũ. Utroqꝫ ãt mõ eſt in reb⁹ nãle deſideriũ eſſendi: cui⁹ ſignũ eſt. q2 τ ea que cognitiõe carẽt reſiſtũt corrũpẽtib⁹ ſm virtutẽ ſuoꝝ nãliũ ꝑncipioꝝ: τ ea que cognitiõeꝫ hñt reſiſtũt eiſdẽ ſm modũ ſue cognitiõis: illa g̃ cognitiõe carẽtia quoꝝ ꝑncipiis ineſt vt⁹ ad ꝯſeruãdũ eẽ ꝑpetuũ. ita remaneãt ſp eadẽ ſꝫ nu⁹: appetũt nãlr eẽ ꝑpetuũ ẽt ſcðm idẽ nũero: quoꝝ vͦ ꝑncipia nõ hñt ad hoc vtutẽ: ſꝫ ſolũ ad ꝯſeruãdũ eẽ ꝑpetuũ: ſꝫ idẽ ſpẽ: etiaꝫ ſic nãliter appetũt ꝑpetuitatẽ: hãc g̃ dr̃iam oꝫ in his inue

Intellectus eẽ icorruptibilẽ multiplr demõſtrat.

T.c.10.

Q̃3 intelligẽs deſiderat eẽ ꝑpetuũ ſꝫ indiuiduũ.

niri gb⁹ deſideriū eēndi ineſt cū cognitōe: vt. ſ. illa que nō cognoſcūt eē niſi vt nūc: ōſideret eē vt nūc: nō aūt ſp: qꝛ eē ſempiternū nō appetūt: deſiderāt tñ eē ſpēi ꝑpetuū abſqꝫ cognitiōe: qꝛ vt⁹ generatiua que ad hoc deſeruit ꝑambula eſt: ꝛ nō ſubiacet cognitiōi: illa ḡ q̄ eē ꝑpetuū cognoſcūt ꝛ apphēdūt deſiderāt ipꝫ nāli ōſideſio. hoc aūt ꝯuenit oīb⁹ ſubſtās intellectualib⁹: oēs ḡ ſubſe intelligētes nāli deſiderio appetūt eē ꝑpetuū. ḡ ipoſſe ē ꝙ eē deficiāt.) Hec ille. Ex qb⁹ pꝫ ꝙ arguēs multa falſa aſſumit: ꝑmum eſt ꝙ nullū deſideriū nāle nec appetitus nālis ꝓprie dict⁹ ſit act⁹ elicit⁹: ſꝫ oīs talis ſit ſola inclinatio vel ordo nāe ad aliqd. Hui⁹. n. falſitas manifeſte pꝫ i brutis: quoꝝ appetit⁹ ſūt nāles: ꝛ nullo⁹ liberi de qb⁹ ꝯſtat ꝙ ſūt act⁹ ſcōi ꝛ act⁹ eliciti. 2ᵐ eſt ꝙ nulla rōne nāli ꝯuīcat imortalitatē vl ꝑpetuitatē eē hōi nāliter deſideratā vel poſſibilē nālr. ⸿ Dr̄ 4° ꝙ ſanctus Tho. nō itendit ꝯcludere imortalitatē aīe ex nāli deſiderio ꝑpetuitatis q̄ſi demōſtratiue: ſꝫ ſolū ꝓbabilr: vel ſi demōſtratiue: ñ tñ dēmōſtratiōe ꝑp qd ꝛ a ꝑori: ſꝫ demōſtratiōe qꝛ ꝛ a poſteriori: ꝛ q̄ſi ꝑ ſignū quoddā: qd pꝫ: nā in q̄ōnib⁹ de aīa. q. 14. vbi tractat hāc māam cū ꝓbaſſet iſtā ꝯnē ꝑ alia media ſubdit. ⸿ Relinqꝛ igr̄ aīaꝫ hūanā eſſe incorruptibilē: ſignū āt hꝰ ex duob⁹ accipi pt: ꝑ qdē ex pte itellect⁹: qꝛ ea q̄ ſūt in ſeipſis corruptibilia ſm ꝙ in tellectu ꝑcipiunꝛ incorruptibilia ſūt. Eſt. n. itellect⁹ apprehēſiu⁹ reꝝ in vlī ſm quē modū nō accidit eis corruptio. 2° ex nāli appetitu q in nulla re fruſtrari pōt: videmus. n. hoīb⁹ appetitū eſſe ꝑpetuitatis: ꝛ hꝰ rōnabilr: qꝛ cū ipm eē ſm ſe ſit appetibile: oꝫ ꝙ ab itellectu q apphēdit eē ſimplr ꝛ non ꝛ nūc appetaꝛ nāliter eſſe ſimplr: ꝛ ſm oē tpꝰ: vñ vr̄ ꝙ iſte appetit⁹ nō ſit inanis: ſꝫ ꝙ hō ſm aīaꝫ itellectiuā ſit icorruptibil. ⸿ Hec ille. Et eodē modo: loquēdi vtiꝛ in⁹ ꝑma pte: vt patuit in ꝓbōne ꝯnis. Ex qb⁹ pꝫ ꝙ talē ꝓbōnē vocat ꝓbōnē ꝑ ſignū: ꝛ iſta ſufficiāt ad exſufflādū inſtātiā Scoti ꝯ illā rōnem ſci Tho. ⸿ Ad 2ᵐ dr̄ ꝑ. ꝙ rō ſci Tho. ꝯ quā inſtaꝛ nō fundaꝛ ſup illa ꝓpōne. ſ. ꝙ oē corruptibile hēt māꝫ ex qua vl māꝫ q̄ ſit ps ei⁹: ſꝫ ſup hac ꝓpōne: oē corruptibile hꝫ māꝫ ex q̄ vel māꝫ in q̄: a q̄ depēdet ſm ſuū eē nālr: que qdē euidēs eſt vel demōſtrabilis rōne nāli: aīa aūt rōnal neutro⁹ hꝫ māꝫ: vt oſdit ſcūs Tho. i multis locis potiſſime in q̄ōnib⁹ ð aīa. q. 1. vbi ſic dic. ⸿ Hoc aliqd ꝓpe dr̄ indiuiduū i gne ſube. Dicit. n. phs i ꝑdicamētis ꝙ p̄ᵉ ſube idubitāter hꝰ aliqd ſignificāt. 2ᵉ vo ſube ꝛ ſi videanꝛ hꝰ aliqd ſignificare: magis tñ ſignificāt q̄le qd indiuiduū aūt in gne ſube nō ſolū hꝫ vt poſſit ꝑ ſe ſubſiſtere: ſꝫ ēt ꝙ ſit aliqd ꝯpletū in aliq̄ ſpē: vñ phs in ꝑdicamētis manū pedes ꝛ hꝰ noiat ptes ſubaꝝ magis q̄ ſubas ꝑmas vel ſcdas: qꝛ lꝫ nō ſint in aliq̄ ſic̄ in ſubo qd ꝓpriū ſube eſt: nō tñ ꝑticipāt ꝯplete nāam alicui⁹ ſpeciei: vñ nō ſūt i aliq̄ ſpē. nec i aliq̄ generꝛ niſi ꝑ reductionē duob⁹ ḡ exñtib⁹ de rōne ei⁹ qd eſt hꝰ aliqd qdā verū qꝫ aīe hūane abſtulerūt dicētes aīaꝫ eē armo⁹ᵃ: vt ēpedo. aut ꝯple⁹ᵒⁿᵉᵐ vt Gal. aut aliqd hꝰ: ſic. n. aīa neqꝫ ꝑ ſe ſbſiſtēt neqꝫ eēt aliqd ꝯpletū i aliq̄ ſpē: vl i aliq̄ gne ſube eēt for⁹ tñ ſilis alijs mālib⁹ formis: ſꝫ hec pō ſtare nō ꝑt: nec q̄tū ad aīaꝫ vegetabilē: cui⁹ opatiōes oꝫ hēre aliqd ꝑnciplū ſupgrediēs qualitates māles actiās ꝛ paſſiuas q̄ i nutriēdo ꝛ augmētādo ſe hñt inſtrālr tñ: vt ꝓbaꝛ 2° de aīa. ꝯplexio aūt ꝛ armōia q̄litates elītares nō trāſcēdūt. Silr āt nec ꝑt ſtare q̄tū ad aīaꝫ ſenſitiuā cuius opatiōes ſūt i recipiēdo ſpēs ſine mā: vt ꝓbaꝛ 2° ð aīa: cū tñ q̄litates actiue ꝛ paſſiue vltra māꝫ nō ſe extēdāt: vt pote māe diſpōnes exñtes: multo aūt min⁹ pōt ſtare q̄tū ad aīam rōnalē: cui⁹ opatiōes ſūt i abſtrahē

T.c.50

T.c.30.

do ſpēs nō ſolū a mā: ſꝫ ēt a ꝯditiōib⁹ mālibus indiuiduātib⁹ oīb⁹ iqd reqriꝛ ad cognitionē vlīs: ſꝫ adhuc aliqd amplius ꝓprie i aīa rōnali ꝯſiderari oꝫ: qꝛ nō ſolūꝫ abſqꝫ mā ꝛ ꝯditiōib⁹ māe ſpēs itelligibiles accipit: ſed etiā nec i ꝓpria ei⁹ opatiōe poſſibile eſt cōicare aliqd organū corpale: vt ſit aliqd corporeū organū itelligēdi ſicut oculus eſt organū vidēdi: vt ꝓbaꝛ in 3° ð aīa: ꝛ ſic T.c.6. oꝫ ꝙ aīa itellectiua ꝑ ſe agat: vt pote ꝓpriā opationem hñs abſqꝫ corpis cōione: ꝛ qꝛ vnūqdqꝫ agit ſm ꝙ eſt actu: oꝫ ꝙ aīa intellectiua hēat eē ꝑ ſe abſolutū ñ depēdēs a corpe: forme. n. q̄ hñt eē depēdēs a ſubo: ñ hñt ꝑ ſe opationē: nō. n. calor agit: ſꝫ calidū. Et ꝑp hꝰ poſteriores phi indicauerūt ptē aīe itellectiuā eē aliqd ſubſiſtēs ꝑ ſe: dicit. n. Ariſto. 3° de aīa: ꝙ itellect⁹ vr̄ eē ſuba q̄dā T.c.16. ꝛ nō corruptibilis: ꝛ in idē redit dcm̄ Platonis ponētis aīam imortalē ꝛ ꝑ ſe ſubſiſtentē eo ꝙ mouet ſeipſam. large. n. accipit motū ꝓ oī opatiōe: vt ſic itelligaꝛ ꝙ intellect⁹ mouet ſeipm: qꝛ ſeipſo opaꝛ. Sed vlteri⁹ poſuit Plato ꝙ aīa nō ſolū ꝑ ſe ſubſiſteret: ſꝫ ēt ꝙ hrēt i ſe ipſa ꝯpletā naturam ſpēi. Ponebat enīꝫ totā naturam ſpēi hūane in aīa eſſe diffiniēs hoiem nō eſſe aliqd cōpoſitū ex aīa ꝛ corpe: ſꝫ aīam corpe vtētē: vt ſit cōpoſitio aīe ad corp⁹ ſicut naute ad nauē: vel ſicut indutī ad veſtē: ſꝫ hec poſitio ſtare nō pōt: manifeſtū eſt. n. illō q̄ viuit corp⁹ aīam eē: viuere aūt eſt viuētiū eē: aīa ḡ eſt id quo corp⁹ hūanū hꝫ eē actu. hꝰ aūt eſt forma. eſt ḡ aīa corpis hūani for⁹. Itē ſi aīa eſt in corpe ſicut nauta in naui nō daret ſpeciē corpi: nec ptib⁹ ei⁹: cui⁹ ꝯriū apparet ex hꝰ ꝙ recedēte aīa ſingule ptes corpis non retinēt nomē ꝑſtinū niſi equoce. Dr̄. n. equoce oculus mortui ſicut oculus pictus aut lapideus: ꝛ ſile eſt de alijs ptib⁹. Pre. Si aīa eēt i corpe ſicut nauta in naui ſequereꝛ ꝙ vnio aīe ꝛ corpis eēt accñtalis: mors ḡ que ſignificat eoꝝ ſepationē nō eēt corruptio ſubalis: qd pꝫ eſſe falſuꝫ. relinqꝛ ḡ ꝙ aīa eſt hꝰ aliqd vt ꝑ ſe potēs ſubſiſtere: nō q̄ſi hñs ꝯpletā ſpēm: ſꝫ q̄ſi ꝑficiēs ſpēꝫ humanā. vt eſt forma corpis: vñ ſil ē forma: ꝛ hoc aliqd: qd qdē ex ordine formaꝝ nāliū ꝯſiderari pōt: inueniꝛ. n. inter formas iferioꝝ corpoꝝ tāto aliq̄ altior: q̄to ſupiorib⁹ ꝑncipijs magis aſſilaꝛ ꝛ appropinq̄t: qd qdē ex opationib⁹ ꝓprijs ꝑpēdi pt: forme. n. elemētoꝝ q̄ ſūt īfime ꝛ materie ꝓpinqſſime nō hñt aliquā opationē excedentē q̄litates actiās ꝛ paſſiuas vt raꝝ ꝛ denſuꝫ ꝛ alie hꝰ q̄ videnꝛ eē māe diſpōnes: ſup has aūt ſunt forme mixtorum corpoꝝ que ꝑter ꝑdictas hñt aliquā opationeꝫ ꝯſītē ſpēm quā ſortiunꝛ ex corpibus celeſtib⁹: ſicut ꝙ adamas attrahit ferrū nō ꝑp calorē aut frig⁹ aut hꝰ: ſꝫ ex q̄dā ꝑticipatiōe vtutis celeſtis. Sup has āt formas ſūt iteꝝ aīe plātaꝝ q̄ hñt ſilitudinē nō ſolū ad ipa celeſtia corpa: ſꝫ ad motores ipſoꝝ: inq̄tū ſūt ꝑn⁹ cuiuſdā mot⁹: qbuſdā ſeipſa mouētib⁹. Sup has aūt ſūt vlteri⁹ aīe brutoꝝ que ſilitudinē iā hñt ad ſubaꝫ mouētē celeſtia corpa: nō ſolū in opatiōe q̄ mouēt corpa: ſꝫ ēt in hꝰ ꝙ etiā i ſeipſis cognoſcitiue ſūt: lꝫ brutoꝝ cognitio, ſit tñ mō māliū ꝛ mālr: vñ organis corpeis indigēt. Sup has aūt vltime ſunt aīe hūane que ſilitudinē hñt ad ſupiores ſubas in generꝛ cognitiōis: qꝛ īmālia cognoſcere pñt itelligēdo. In hꝰ tñ ab eis differūt ꝙ cognitiōeꝫ īmālē itellect⁹ ex cognitiōe q̄ eſt per ſenſuꝫ māliū aīe hūane naturā acquirendi hñt. Sic ergo ex opatiōe aīe hūane modus eē ipſius cognoſcēti pōt: inquantū enim hēt opationē materiā trāſcēdentem: eſſe ſuuꝫ eſt ſupra corpus eleuatū nō depēdēs ex ipſo: inquātum immālē cognitionem ex māli nata eſt acqrere: manifeſtū eſt ꝙ ꝯple⁹ ſue ſpēi eſſe nō pōt abſqꝫ corporis vniōe: non

cui

quare ꝛc̄.¶ 4°.Quia ſicut ſe hñt duo accidentia eiuſ
dem ſpēi ad idem ſubm̄.ſic duo corpora ad locum:ſed
duo accidentia eiuſdē ſpēi nō pñt ſimul eſſe in eodem
ſubiecto.ergo nec duo corpora in eodē loco.Minor ꝓ
batur:q2 duo accidentia eiuſdem ſpēi vel ſunt equalis
gradus vel inequalis putaq2 vnū eſt itenſius alio.Si
ſint inequalis gradus:īpoſſibile eſt ꝙ ſint ſimul in eo
dem ſubiecto:alioquin idem ſubm̄ eſſet magis album
ꝛ minus albū:qḋ videt̄ implicare ꝯtradictionē.Et ite
rum termini motus vel mutationis ſunt incompoſſibi
les:ſed hm̄ōi accidētia pñt eſſe termini motus vel mu
tationis ſm alterationē intēſionis ꝛ remiſſiōis.q̄re ꝛc̄.
Si vō ſunt eiuſdē gradus idē ſequit̄.Nā ſubm̄ nō eſt
in potentia ad aliquā formā niſi mediante mutatiōe:
ſed ſubm̄ habens aliquā formā nō pōt mutari ad ſimi
litudinē eiuſdē gradus ṗore manēte:q2 idē non pōt ſi
mul eſſe tale formaliter in actu.ꝛ tale in potentia:ſ3 il
lud ſequeret̄ ſi ſubm̄ habens aliquā formā poſſet mu
tari ad ſimilitudinē:ergo ꝛc̄.¶ 5°.Q2 rōnes que ſunt
ꝓ parte oppoſita ſunt ſolubiles.qḋ p3 diſcurrēdo per
ſingulas.ṗmo qdā arguūt ꝙ duo corpora non pñt eſſe
Ut xp̄s natus ſit clauſo virginis vtero.
ſimul in eodē loco:q2 xp̄s natus eſt clauſo matris vte
ro:remanſit eni virgo poſt partū:ſed iſtud non potuit
eſſe niſi corpus xp̄i naſcēdo ſimul eſſet cū corpore ma
tris.quare ꝛc̄.Sed iſta rō non valet.dicit̄ eni ꝙ veriſ
ſimū eſt beatā mariā virginē permanſiſſe in partu et
poſt partū ſicut ante.Fuit eni virgo non ſolū ex caren⁹
experiē delectatiōis veneree per quā experientiā virgi
nitas ꝓprie amittit̄:ſ3 ēt ꝑꝑ integritatē membri corpo
ralis.Nec tñ ꝑꝑ hoc in natiuitate xp̄i fuerunt duo cor
pora ſimul.ſ.corpus xp̄i cum corpore matris:q2 eſt ali
us modus poſſibilis.ſ.ꝙ virtute diuina fuit facta dila
tatio neruoꝝ ꝛ meatuū nāliū:nō ruptio aliqua vel fra
ctio aliqua:ſicut ſm Aug.14.de ciuitate dei.factū fuiſ
ſet in oībus mulieribus:ſi ſtatus inocentie duraſſet:q2
tunc peperiſſent ſine dolore q nūc eſt pena peccati ſm
ſententiā domini gen.3.vnde ꝓles nata fuiſſet per di
latationem

latationē membroꝝ naturaliū: ⁊ nō ꝑ fractionē vel di-
uiſionē: que nō pōt eē in ſentientibus ſine dolore. ⁊ hūc
modū videnť tenere Gregorius niſſen⁹ ⁊ Ambro. ſup
illo verbo luce 2°. Omne maſculinū ⁊c. Ibi eniȝ dicit
Gregorius niſſen⁹ ſic. Hoc āt legis decretū in ſolo in-
carnato deo ſingulariter ⁊ ab alijs differenter ipleri vi
deť. ipſe nanqȝ ſolus ineffabiliter ꝯceptus ac incōpre-
henſibiliter editus virginalē vterū aperuit nō ante cō
nubio reſeratū: ſeruans poſt partū mirabilē īuiolabilr
ſignaculū caſtitatꝭ. Et Ambro. diť ibidē. Nō .n. rurſus
coitus vulue virginalis ſecreta reſerauit: ſed imacula-
tū ſemē īuiolabilr vtero ſpūſſanctus infudit. Et ſub-
dit qđ eſt ad ꝓpoſitū. ſ. qui ḡ vuluā ſanctificauit alie-
nam. vt naſcereť ꝓpheta hic eſt ꝗ aperuit matris ſue
vuluā. vt imaculat⁹ exiret. ¶ 2° arguūt qdā dicētes. ꝙ

Uerum xp̄s reſurrexerit clauſo tumulo.

xp̄s poniť ſurrexiſſe clauſo tumulo qđ nō potuit eē ni-
ſi ſimul eſſet corpus xp̄i cuȝ lapidibus ſepulchri. Sed
hec rō nō valet: q2 ex nullo textu ſacre ſcripture habeť
ꝙ xp̄s reſurrexit clauſo ſepulchro: ⁊ iđ aſſertio ꝯtraria
nō ꝑiudicat fidei neqȝ ſcripture. Et ſi ex dictis aliquo-
rū ſanctoꝝ habereť ꝙ xp̄s reſurrexit clauſo ſepulchro
accipiendū eſt ꝑ opinione. ⁊ ſi hoc dcm̄ eēt approbatū
per eccleſiā: tūc ridendaȝ eſſet ſicut in ſolone terrę ar
gumēti ſtatim diceť. ¶ 3° arguūt qdaȝ ꝙ xp̄s poſt re-

Uerum xp̄s itrauit ad diſcipulos per clauſas ianuas.

ſurrectionē intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis vt ha
beť Jo. xx. Sed hoc nō ꝯcludit: q2 hoc eſt abſolute ve-
rū. ſ. ꝙ cū fores eſſent clauſe venit Jeſus: ſed non dř ꝙ
intrauerit per ianuas clauſas. Cū .n. corpus glorioſum
poſſit moueri per aerē ſicut per terrā: ⁊ xp̄s diuina vir-
tute potuit corpus ſuū oſtēdere ⁊ occultare ꝓut voluit
potuit intrare ad diſcipulos per feneſtras: vel ꝑ aliquē
aliū locū: ⁊ tunc ṗmo oſtendere quādo fuit corā diſci-
pulis: ſed nō per ianuas clauſas. ⁊ ſi per ianuas clauſas
intrauit: potuerūt ſubito claudi: ⁊ ſubito aperiri: ita vt
apertio ⁊ clauſio lateret diſcipulos. Et q2 res dicuť fieri
qñ innoteſcit: iđ dicunť fuiſſe clauſe: q2 apertio earuȝ
nulli apparuit. et ħ mō poſſet dici ſurrexiſſe clauſo ſe-
pulchro: ſi illđ alicubi legereť. Uel poſſet dici ꝙ xp̄s
rōne qua deus habuit in ſua poteſtate corpus ⁊ figurā
corporis ſui: ita ꝙ potuit figurā corporis ſui mutare in
figurā anguſtā: ⁊ ſic intrare per quācūqȝ rimā ianuarū
eis remanētib⁹ clauſis. Et ꝗuis aliq dicāt hoc nō fuiſ-
ſe ꝯueniens: nullus tñ dicit ꝗn fuerit poſſibile xp̄o in-
quātū deus. Cōuenienti⁹ aūt videť ponere moduȝ qui
ab oībus crediť eſſe poſſibilis ꝗ̄ ponere illū qui a plu-
ribus īpoſſibilis reputať. beatus etiā Augu. videť hūc
moduȝ tenere. Poteſt ēt aliter reſponderi ad ṗdictas
tres inſtantias dicendo ꝙ ſi deus pōt facere ⁊ facit ꝙ
idē corpus xp̄i ſit ſimul in celo ⁊ in ſacramento abſqȝ
hoc ꝙ ſit in medio: multo fortius pōt facere ꝙ idē cor
pus ſit ſucceſſiue in locis diſtantibus: ⁊ nō in medio. et
ſic potuit deus facere ꝙ corp⁹ xp̄i fuiſſet prio in vtero
matris: ⁊ poſtea extra abſqȝ ħ ꝙ fuiſſet in medio ſimť
cū corpore matris: ⁊ idē pōt dici de egreſſu xp̄i ex ſepul
chro clauſo: ⁊ de ingreſſu ad diſcipulos ianuis clauſis.
⁊ ſi iſtud eſt poſſibile deo: qđ ṗma facie apparet poſſibi
lius ꝗ̄ illud qđ fide tenem⁹ de ſimultate exiſtie realis
corporis xp̄i in celo ⁊ in ſacramēto: ⁊ de ſimultate eiuſ
dem in pluribus ſacramentis: tūc ṗdicte inſtantie ſunt
ꝑte ex dictis ſcripture ſunt clare ſolute: ⁊ omnes aucto
ritates ſanctoꝝ doctoꝝ ṗdicta loca ſcripture exponen
tiū. ¶ 4° arguunt qdā: q2 corpus celeſte nō pōt diuidi

Ut recitat petrus de palu. di. 44. q. 3ª.

ſaltē quātū ad ſubiam ſperarū. vnde dř Job. 37. ꝙ celi
velut ſolidiſſimi ꝗ̄ſi ere firmati ſunt. Si ḡ corpus glio-
ſum nō poſſet ſimul eſſe cū alio corpore: nūquā corpus
xp̄i aſcendiſſet ad celū empyreum: nec corpora ſancto-
rū poſt reſurrectionē illuc aſcēderēt: qđ eſt erroneum.
Sed dōm ꝙ ſiue ponať celuȝ diuiſibile per nām: ſiue
virtute diuina nō opȝ ponere corpus xp̄i in aſcenſu ad
celos ſimul fuiſſe cū corporibus ſperarū: ſed ceſſit cor-
pori xp̄i. Et ſi dicať ꝙ omne diuiſibile eſt corruptibile.
Dōm ꝙ nō opȝ: q2 diuiſio nō arguit corruptibilitatem
in illis: in ꝗbus eſt: ſed addit facilitateȝ: q2 corruptibile
diuiſum in plures partes facili⁹ corrumpiť ꝗ̄ ſi eſſet
integrū: q2 ſingule partes nō poſſunt tantum reſiſtere
corrumpenti quantū totū integrū. Diuiſio tñ non dat
eis corruptibilitatē: ſed ſupponit: qđ pȝ: q2 ſi eēt quātuȝ
mathematicū: quātūcūqȝ divideret nō corrūperetur.
nō .n. corrūpereť a ꝯtrario: q2 quātitas nō hȝ ꝯtrariū:
nec corruptione ſubiecti: q2 ſubm non hȝ vt poniť: nec
diuiſione ad minima: q2 tale quātū ſm ſe diuiſibile eſt
in infinitum: nec eſt poſſibile ꝑuenire ad minimū: nec
ꝯiunctū toti: neqȝ ſeparatū a toto: pȝ ergo ꝙ diuiſio nō
arguit corruptibilitatē ſaltem illā que fieret virtute di
uina. Nec celi dnr ſolidiſſimi quin poſſint diuina vir-
tute diuidi: ⁊ ṗbere tranſitū corporibus glorioſis ad ce
lum empyreum. ſed dicunť ſolidiſſimi: q2 nāliter ſunt
incorruptibiles. Uideť etiaȝ ꝙ rōnabiliter oporteat ħ
ponere: q2 niſi celuȝ ſit ſm aliqđ diuiſibile ita vt cedat
corpori glorioſo: neceſſariū eſt ꝙ corpora glorioſa nun-
quam poſſint eſſe in celo niſi ſemper ſint ſimul cū alio
corpore: qđ forte reputarēt aliqui ſatis abſurdū. ¶ 5°
arguunt quidam: q2 corpus non impediť eſſe cum alio
corpore niſi rōne quātitatis: ſed virtute diuina fit ꝙ in
ſacramēto altaris eſt corpus xp̄i ſimul cum quātitate
panis. ergo eadē virtute poſſet fieri ꝙ ſimul eſſet cum
ſubſtantia panis. ergo duo corpora eſſent ſimul. Sȝ di-
cendū ꝙ corpus xp̄i ꝓut ſpectat ad genus ſubſtātie eſt
vere in ſacramento altaris: nec illud eſt cōtra dicta: ni-
ſi ponať ꝙ in eodē ſacramento ſit quantitas corporis
xp̄i: q2 ſola quantitas impedit coexiſtentiā pluriuȝ cor-
porū in eodem loco. Sicut aūt oſtenſum fuit prius nō
eſt verum ꝙ quantitas xp̄i ſit in hoc ſacramēto: nec ex
vi conuerſionis vt omnes concedūt: nec ex aliq̄ ꝯcomi
tantia: quāuis vnū ab altero nō ſepareť: vt plenius fuit
ſupra declaratū. Item ſm oēs corpus xp̄i nō eſt in ſa-
cramēto altaris quātitatiue: ſed ſub qualibet parte ho-
ſtie quātūcūqȝ minima eſt totū corp⁹ xp̄i: vnde nō po-
teſt ibi videri nec a ſeipſo nec ab alio vt fuit declaratū
in ṗcedentibus: nec vt ſic competebat corpori xp̄i ali-
quis motus vel actio ſeu paſſio. Quādo aūt querimus
vtrū virtute diuina vnū corpus poſſit eſſe cum alio. in
telligimus hoc de exiſtentia quantitatiua vtriqȝ corporis
⁊ iđ nō eſt ſimile hinc ⁊ inde. ¶ 6° principaliter arguit
q2 tenentiū partē oppoſitā ꝓbabilior modus ponendi
eſt illoꝝ qui dicūt ꝙ modus quo eſt poſſibile duo cor-
pora eſſe in eodē loco talis eſt. Quātitas eni ꝑ quā cor-
pus ꝯpareť ad locū hȝ duo facere. ſ. reddere corp⁹ ꝗtū
⁊ occupare locū. ṗm̄ eſt act⁹ eius formalis. 2m̄ eſt actus
eius ꝗſi cauſe efficientis. Ex quo pōt triplr argui. ṗmo
ſic. Sicut ſe habet calor ad calefaciendū: ſic quantitas
ad occupandū locum. ſed virtute diuina poteſt fieri ꝙ
calor ṗſens calefactibili non calefaciat ipm vt factum
fuit in fornace babyl. reſpectu trium puerorū. ergo ea-
dem virtute fieri poteſt ꝙ quantitas ṗſens loco nō oc
cupet locum: ⁊ ſic alia quātitas poterit eſſe ſimul cum
ipſa. ¶ 2° ſic. Uirtute diuina pōt fieri ꝙ ṗus maneat
amoto poſteriori: cum hoc nō implicet aliquā cōtradi-
ctionē ſeu repugnantiā intellectui: ſed dare eſſe quātū
ſubito per ṗus cōpetit quātitati ꝗ̄ occupare locū: q2 ſile

eſt act⁹ formalis qui ſimul eſt cum forma in ſubiecto. ali⁹ autē eſt actus eius vt efficientis reſpectu alterius qui frequenter eſt tempore poſterior. ergo virtute diuina pōt fieri ꝙ corpus maneat quantū: ⁊ nō occupet locum. ⁊ ſic idem qḋ prius. ❡ 3° ſic. Nō vꝫ ꝙ duo corpora impediant̄ ſimul eſſe in eodē loco niſi qꝛ nō appareret per quid diſtinguerent̄: ſꝫ illud nō impedit: qꝛ corpora ſuis quantitatibus diſtinguunt̄ nō per loca: q̄uis per diſtinctionē locoꝝ appareat vel manifeſtet̄ diſtinctio corpoꝝ. Dato etiā ꝙ diſtinguerent̄ per loca: deus tamē pōt facere per ſe: qḋ pōt facere mediantib⁹ cauſis ſecūdis: ⁊ ita pōt diſtinguere duo corpora: ⁊ diſtinctionem eoꝝ ꝯſeruare abſq; diſtinctione locoꝝ. quare ⁊c. Iſte inquā modus inter ceteros probabilior eſt: ſed tñ nō valet nec cōcludit. ❡ Dicit̄ enī ad p̄mum ꝙ nō eſt ſimile de calefactione reſpectu caloris: ⁊ de occupatione loci reſpectu quātitatis: qꝛ per calefactionē fit aliq̄ nā in calefacto. ſ. calor: qui virtute diuina pōt impediri ne fiat ꝯſeruando qualitatē oppoſitā: ꝓpter qḋ calidū p̄ñs calefactibili pōt virtute diuina impediri: ne calefaciat. ſed ad occupare locū nō ſequit̄ aliqua nā abſoluta ex p̄ñtia locati ad locum. vel ecōtra. Sed ex h̄ ſolū occupat̄ locus a locato: qꝛ locatū hꝫ infra locū diſtenſionē ſuarū partiū. Cum ergo hoc ſit eſſentiale locato ꝓut eſt quantū: impoſſibile eſt ꝙ locatū ſit in loco: ⁊ ꝙ nō occupet ip̄m: ac per ꝯſequēs ſit icōpoſſibile alteri ſic occupanti. Similiter ſecūda ratio nō valet. Dicit̄ enī ꝙ deus pōt facere ꝙ corpus ſit quantū: ⁊ ꝙ non occupet locum: qꝛ pōt facere corpus ſine loco. ſed ſuppoſito ꝙ corpus ſit in loco non pōt fieri ꝙ non occupet locum: qꝛ nō eſt p̄us. imo nec aliud realiter eſt q̄uis eſſe in loco q̄ꝫ occupare locum: qꝛ occupare locum eſt in loco habere partes poſitione diſtinctas ⁊ diſtantes adinuicem: ⁊ ab omni alia quantitate. ⁊ iſtud non eſt aliud q̄ꝫ eſſe quantum. nec in ꝓpoſito facit difficultatem corpus continens aliud: in quo contentum dicitur eſſe ſicut in loco: qꝛ ſi duo corpora ponerentur eſſe in eodē loco continente. ⁊ p̄us corpus totaliter annihilaret̄. nō ꝓpter hoc p̄cedentia corpora deſinerent ſimul eſſe. Et q̄uis iſta ſimultas nō eſſet ſm̄ locum: eſſet tamen ſm̄ poſitionē partiū: que ſemper eſt incōpoſſibilis quantitati. cum diſtantia partiū quantitatis ſit eſſentialiter intrinſeca quantitati. Similr̄ tertium nō ꝯcludit. dicit̄. n. ꝙ deus nō poteſt conſeruare diſtinctionem corpoꝝ ſine diſtinctione locorum: quia poteſt facere plura corpora: q̄ꝝ tñ neutrū ſit in loco. Non tamen poteſt facere ꝙ duo quāta ſint diſtincta: ⁊ partes eorum ſint poſitione indiſtincte: cum hoc ſit ꝯtra intrinſecam rōnem quantitatis: ⁊ quia hoc ſequitur ſi ponerentur plura corpora in eodem loco. ideo illud non eſt poſſibile. Ad formam ergo rationis dicendū ꝙ non ꝓhibentur plura corpora eſſe in eodem loco: quia locus ſit cauſa diſtinctionis corporū: ſed qꝛ diſtinctio corporum requirit diſtinctā poſitionē eorum. quā nō cōpatitur vnitas loci. Sic ergo videt̄ ꝙ duo corpora quātitatiue ſumpta nulla virtute poſſunt ſimul eſſe in eodem loco. Si autem alterum eorum non compararetur ad aliud quantitatiue: ſicut eſt de corpore xp̄i in ſacramēto. vel alio modo deo poſſibili: licet nobis ignoto. tunc vnum corpus poſſet eſſe ſimul cum alio in eodē loco. ſed alterū non eſſet ibi localiter: nec quantitatiue. Hec Durandus. ❡ Cōtra eādē ꝯnē arguit Sco. iprobādo modū ponēdi quo dr̄ ſolū deū poſſe facere duo corpa ſimul in eodē ſitu. Primo qꝛ vel manēt p̄n⁹ eſſentialia illorum corpoꝝ vt ſunt in vno loco. diſtincta. vel nō: ſi ſic. ergo ſolus deus non conſeruat: quia cum cauſis ſecundis manentibus ⁊ concurrentibus conſeruat: cui⁹ ꝯtrariū dr̄ in pōne. Si nō: ſequit̄ ꝙ deus ꝯſeruat ⁊ nō ꝯſeruat vnū ⁊ idē ſimul: qꝛ ꝯſeruat ſm̄ te illud eſſe diſtinctū eis: nō ꝯſeruat: qꝛ nō ꝯſeruat niſi qḋ eſt: ſed mā illius eſt mā iſtius: ⁊ forma illius eſt forma iſtius. g̃ nō ſunt diſtincta: ergo nec ꝯſeruat vt diſtincta: ⁊ ſic ponis ꝯtradictoria. Et ſi dicas ꝙ deus pōt ꝯſeruare illa corpora diſtincta ſine diſtinctione p̄ncipioꝝ intrinſecorū illoꝝ. Hoc nō valet: qꝛ deus nunq̄ꝫ ꝯſeruat nec pōt cōſeruare rē ſine ſuis p̄ncipijs eēntialibus vt hoiem ſine aīa ⁊ corpore humano. g̃ nec diſtinctas res pōt ꝯſeruare ſine diſtinctis p̄ncipijs eſſentialib⁹. Talia autē ſunt materia ⁊ forma. ergo ⁊c. ❡ 2° ſic. Aut ſitus eſt formale diſtinctiuū ⁊ eſſentiale quātitatis: aut accñtale ⁊ caſuale. Si formale ⁊ eſſentiale. g̃ deus de potentia abſoluta non poteſt conſeruare quantitatem diſtinctā ab alia ſine ſitu: ſicut deus nunquā poteſt facere effectū cauſe formalis ſine ipſa. vt hoiem ſine aīa. albū ſine albedine: qꝛ eſt contradictio. Si aūt ſitus ſit accidētalis aut caſualis rō diſtīctiōis q̄ntitatis. g̃ ante illud habuit cām eſſentialē formalē diſtinctionis ꝓpriā: ⁊ tūc deus ꝯſeruat illa diſtincta ſm̄ ſuas cās p̄ores ſine illo qḋ eſt accidentalis rō. vel ſi eſt caſualis. tūc ꝯſeruat cām ſine effectu: qḋ eſt poſſibile. ❡ 3°. Qꝛ in cauſis eiuſdē ordinis nō eſt circulus: ſed diſtincta quantitas eſt cauſa diſtinctionis ſitus effectiua: vt tu accipis in vna rōne. cōtra aliā opinionē. ergo ecōuerſo ſitus nō pōt eſſe cauſa effectiua diſtinctionis quātitatis. ❡ 4°. Qꝛ inter quātitatē ⁊ quantitatē nō eſt repugnātia formalis: nec inter ſitum ⁊ ſitum: nec inter vbi ⁊ vbi. Qḋ ꝓbat̄. qꝛ quecūq; forme quantumcūq; ſint cōtrarie: ſi ſint in diuerſis nihil ſibi repugnat: ſed duo vbi ſunt in diuerſis. g̃ non repugnāt. vnde dato ꝙ in h̄ corpe ſit hoc vbi: ⁊ in alio aliud vbi. iſta duo nō repugnāt reſpectu corporis ſibi ſubiecti: qꝛ h̄ vbi eſt in vno corpore. ⁊ aliud eſt in alio. Si ergo eſt impoſſibilitas ꝙ iſta duo vbi ſint in diuerſis. hoc nō eſt ꝓpter repugnantiā quā habent inter ſe abſolute: nec etiam vt comparant̄ ad ſubm̄. Opꝫ ergo ꝙ ſit propter comparationem ad eundem terminum reſpectu cuius accipiuntur. Sed nec ſic eſt incompoſſibilitas: quia duos reſpectus extrinſecos eſſe in diuerſis non ad diuerſos terminos nō eſt impoſſibile: quia nec eſt impoſſibile de reſpectibus intrinſecis aduenientibus. vt duos reſpect⁹ ſimilitudinis in diuerſis ad vnū ſimile. Hoc ēt pꝫ: qꝛ incōpoſſibilitas q̄nti ad q̄ntū coexiſtendi in eodē loco eſt ſicut incōpoſſibilitas cāe eēndi ſine ſuo effectu nālis: ſꝫ cū cā ſit p̄or ſuo effectu: ⁊ omne p̄us nāliter deus poſſit ꝯſeruare ſine poſteriori non eſt impoſſibile quantum eſſe ſit cum quanto: et quantum eſſe ſine ſuo effectu: qui eſt eſſe in loco diſtincto. ❡ Cōtra eandem concluſionem arguunt alij, vt recitat Scotus ꝙ per nullam potentiam duo corpora poſſunt eſſe ſimul. Primo quia ſm̄ Boetiū primo de trinitate. In numero differentiam accidentium varietas facit. Et ſequitur. Locus ſemper eſt diuerſus: corporū duorū locum vnū nullo modo fingere poſſumus. Ex hoc ſic arguit̄. ſi varietas loci in nūero differentiam facit: contradictio eſt ꝙ duo corpora ſint in eodē loco. ❡ 2°. qꝛ dimenſio eſt formalis rō repugnandi duo corpora eſſe in eodem loco: qꝛ ſm̄ p̄hm̄ 4° phyſi. ſole dimenſiones faciunt per ſe diſtare: non per paſſionē: nec per aliquid aliud. Tūc ſic. Si formalis rō repugnādi duo corpa eē ſimul eſt diuiſio diſtincta. tūc manente dimēſiōe: que eſt formalis rō huius repugnātie. impoſſibile eſt duo corpora

Cōtra eādē argu‍it Sco. di. 4. q. 16.

Cōtra eādē ꝯclonē arguunt alij. vt recitat Scot⁹ vbi ſupra.

Tex. cō 76.

corpora eē ſimul. Confirmatur ſic. Sic ſe videnē habere due dimenſiones ad eſſendū in eodez loco: ſicut duo accidentia contraria ad idem ſubiectū: ſed duo accidēta ꝯtraria non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto ergo nec duo corpora habētia diſtinctas dimēſiones pñt eſſe ſimul in eodem loco. Maior probaē: qꝛ quicquid inducit vnū ꝯtrarioꝝ expellit reliquū. ergo qui mouet vnum corpus ad locū expellit reliquū. Sed hoc nō fieret: ſi poſſent eſſe ſimul in eodē loco. ergo. Quꝫ autez duo accidentia ꝯtraria non poſſunt eſſe ſimul in eodē ſubiecto per aliquā potentiā. pꝫ 4°. metaphy. vbi dicit phūs ꝙ ſi ꝯtraria ſunt in eodē: pari rōne ꝯ ꝯtradictoria. ⸿ 3° ſic. In corpore nāli non ſunt niſi iſta. ſ. materia ꝯ forma ꝯ qualitates ꝯ quantitates: ſed formalis rō repugnandi duo corpora eſſe in eodem loco nō eſt materia nec forma ſubſtantialis nec qualitates: qꝛ corpus aliquod pōt rareſieri ꝯ ꝯdenſari manente eadē mā ꝯ forma ꝯ qualitatibus ſola quantitate mutata: ſed tamen corpus condenſatū ꝯ rarefactū occupat alium ꝯ aliuꝫ locū. ⸿ 4°. Nam duo indiuiſibilia non poſſunt eſſe īmediata: quia tūc nō eſſent duo ex. 6. phyſi. ergo a ſimili poteſt argui. Si duo corpa ſunt ſimul īmediata: non remanent duo eadem enī ratio que eſt de vno: eſt de alio. ⸿ 5°. quia a puncto ad punctū non pōt trahi niſi vna linea recta: ſed ſi duo corpora eēnt ſimul: poſſent trahi due linee recte ab vno puncto corporis continentis ad aliuꝫ punctum eiuſdem corporis contenti: quia in duobus corporibus. ergo ꝛc̄. Et in hoc ſecundus articulus terminatur.

Quantū ad 3ᵐ articulū reſpondendū eſt obiectionibus ſupradictis. Et quidez ad obiecta Durandi ꝯtra primā ꝯnem ridet Pe. de pa. d. Quicqd iſti dicant. videē probabilius ꝙ ſubtilitas ſit aliqd poſitiuū exiſtens in potentijs per moduꝫ habitus: qꝛ gratia perficit naturā ſicut ipſa nata eſt perfici. Potentie autē aīe inferiores nate ſunt perfici ad ſuas operationes ꝯ ad obediendū rōni per habitus nāliter acquiſibiles. ergo ad hoc vt iſta fiant perfectius. ꝯueniens eſt infundi habitus ſupernāles: qui ſiue ſint vnus ſiue plures: vnius doris noīe deſignanē propter vnitatē finis in generali. Et quidē de appetitu ſenſitiuo ꝯ memoratiuo eſt pbabile in quibus ex frequentia actuum ſolent habitus generari nāliter. Sed de potentijs apphenſiuis ſenſuū exteriorū ꝯ aliquoꝝ interiorū: in quibus nulli habitus naturaliter acquirunē non concludit ratio: ſꝫ potius oppoſitū: niſi dicamus ꝙ ideo in eis nāles habitus nō ponuntur: quia non experimur ex frequentia actuum eas perfici plus ꝙ̄ ex primo actu. qō ſi poſſent pari ratione haberent habitus ſicut alie. Quia ergo non eſt dubitandū ꝙ per gloriā perficienē earū operationes ꝯ delectationes perfectiores ſequenē: probabile eſt ꝙ hoc fiat ꝑ habitus. qui etiā faciant operationes cōnaturaliores: ꝯ per ꝯñs promptiores faciliores ꝯ delectabiliores. et iō argumēta in oppoſitū non ꝯcludūt. ⸿ Ad primū ergo dr̄: ꝙ non ꝯcludit de appetitiuis in qbus quanto nā eſt ꝑfectior tanto plus ꝯcupiſcunt aduerſus ſpūm: tū nec in alijs cōcludit: qꝛ ſicut intellectus quātūcūqꝫ depuratis fantaſmatibus ꝯ potētijs ſubſeruientibus indiget habitu ad ꝑfectius operandū: ꝯ voluntas ad obediendū: ꝙ̄uis organa vel ob groſſiciē ſui vel ſpirituū non patiantur: qꝛ intellectus organū non hꝫ: nec per ꝯñs ſpiritu vtitur ꝯ obiectū eius eſt ſpūale. ita eſt in ꝓpoſito. Si dicatur ꝙ hoc eſt: qꝛ itellectus non pōt intendi cū ſit euiternus iō aliter hꝫ ꝑfici. ſ. extrinſece: qꝛ non pōt intrinſece. non vꝫ: qꝛ hoc eſſet īperfectionis in itellectu poſſe perfici ſolum extrinſece: cū perfectio tanto ſit nobilior ꝯ ꝑfectior ꝙ̄to interior. ſi ergo potentie organicate pñt intendi: et veriſimile ſit eas ītendi: maxīe in ſtatu illo perfectiſſimo. īmo ꝙ̄ in dānatis vt maiorē penam ſentiant: nihilominus potētie ſenſitiue cū tota ſui intentione nō habēt maiorē ꝑfectionez in ſuo gn̄e ꝙ̄ intellectus per nām in vltimo ſui exiſtens: ꝑꝑ qō ſi illi non ītenſionali neceſſarius eſt habitus ad vltimatā ꝑfectionē reſpectu ſue operationis pari rōne ꝯ potentijs ſenſitiuis: quaꝝ operatio tunc eſt ſūme ꝑficienda. ⸿ Ad 2ᵐ dr̄ ꝙ illa ratio ꝓbat non poſſe eſſe aliquē habitum in appetitu ſenſitiuo: qō eſt ꝯtra cōmunē opinionē. Propter qō dicenduꝫ ꝙ determinaret ad vnuꝫ non māliter: ſed formaliter ei redderet potentiā bene mobilē a rōne. vt obediret rationi in appetendo ꝯ refutādo cum tali ꝯ tali modo. Sic eniꝫ habitus virtuoſus inclinat nō ad aliqd appetendū vel fugiendū: qꝛ nō eſt ad operari abſolute: ſed ad ſic appetendū. i. prout recta ratio dictabit: qꝛ appetitus ſuperior mouet inferiorē: ſicut ſpera ſuperior mouet inferiores: vt dr̄ 3° de aīa. Vn̄ ſicut inferior ſpera nata eſt obedire ſuperiori ad oēm motū illius. puta pmi mobilis ꝯ ſcdi: ꝯ nō ad vnū tantū: ſed ad oēm motū quo illa mouetur ſic habitus ꝑficit appetitū ſenſitiuū ad oē imperiū rōnis: ſicut ꝯ ſanitas diſponit corpus totū vt ſit bene obediens aīe: nō ad hanc vel ad illam: ſed ad oēm operationem: ꝯ nihilominus hꝫ ſūt quedaꝫ qualitates nāles: et nō potētie rōnales que ſūt ad vtrūqꝫ. iōqꝫ ꝛc̄. Hec Pe. ꝯ bene quo ad multa. Sūt tū in dictis eius aliq̄ dubia vel falſa ſicut ꝯ in dictis Durādi. Primū eſt: qꝛ dos ſubtilitatis nō eſt hitus vnus. aut multi ordinatus ad ꝑficiendū poᵐ partis ſenſitiue apphenſiuas vel appetitiuas. Hoc. n. ꝑtinet ad dotē agilitatis. ſed ordinaē ad hoc ꝙ corpus ſit ſubiectū ꝑfecte aīe: vt participet actū primuꝫ qui eſt eē ſubale. De hoc ſcūs Tho. diſ. 49. q. 4. art. 5. in ſolone. 3. q. ſic dič. ⸿ Aīa eſt forma corporis ꝯ motor. vn̄ cū dotes corpis ad hoc ordinenē vt corpus ꝑfecte ſubijciatur aīe: hoc erit vt ſubijciaē ei ꝑfecte ꝯ ſicut forme ꝯ ſicut motori. A forma aūt in mā tria cauſanē. ſ. eē ſubſtantiale vires ꝯ forme: ſꝫ alie. ſ. accidētales: ꝯ amboꝝ conſeruatio. Corpus ergo glorioſuꝫ inquantuꝫ perfecte aīe ſubditur quantū ad eſſe ſubſtātiale qō habet ab ea: ſic eſt dos ſubtilitatis. Ex hoc enī corpus glorioſum ſubtile dicič ꝙ perfecte ab aīa īformatur ꝛc̄.) vt ſupra recitatū fuit. Item ibidem in ſolutione ſecundi argumenti ſic dicit. ⸿ Agilitas nō ſolū pertinet ad motum: ſed etiaꝫ ad ſenſum: ꝯ ad omnes alias operatiōes aīe. vt ſm hoc dicatur corpus glorioſuꝫ eſſe agile: qō eſt perfecte habilitatū ad oēs operationes que per corpus exercentur.) Hec ille. Itē diſ. 44. q. 2. ar. 3. q. pma arguit ſic 3° loco. ⸿ Inter operatiōes aīalis ſenſus ē nobilior ꝯ pꝛior ꝙ̄ motus. Sꝫ non aſſignaē corporibus glioſis aliq̄ ꝓprietas que ꝑficiat ea ad ſentiendū. ergo nō dꝫ eis attribui agilitas per quā perficianē ad motū.) Ecce argᵐ. Sequiē riſio. ⸿ Dicēdū inquit ꝙ per dotē agilitatis corpus glorioſum reddeē habile non ſolū ad motuꝫ localem: ſed ad ſenſum ꝯ ad oēs alias operationes aīe ꝑ corpus exequendas.) Hec ille. Secundū eſt: quia non videtur verum ꝙ aliqua naturalis potentia anime ſit intenſibilis aut remiſſibilis: vt dicit Pe. Tertiū eſt ꝙ hitus ꝟtutis nō determinet ad vnū māliter: ſed tm̄ formaliter. ſ. ad modū. Hoc enim falſum eſt: quia habitus temperantie determinat per modum inclinationis ad obiectum tēperantie: puta ad mediū in delectatōibus tactus: ꝯ non ſolum ad modum operandi. Et ſimiliter iuſticia ꝯ alie virtutes morales. De hoc ſcūs Tho. 3. ſen. diſ. 23. q. 1. ar. 4. q. 2. in ſolutione. 4. ſic dicit. ⸿ Mediuꝫ determinaē

Dos ſubtilitatis in corporibus glioſis ad quid.

Habitus virtutis nō ſolū determinant ad vnum modum operandi ſꝫ etiaꝫ ad vnū obiectū

per virtutem intellectualem:ſcilicet prudentiam ꝛ moralem ſed diuerſimode:quia prudētia determinat medium per modum dirigentis ꝛ oſtendentis. Sꝫ virtus moralis per modū exequentis ꝛ inclinantis in mediū. vnde dicit Tullius ꝙ operatur per modū nāe.) Hec ille. Item prima parte.q.1.arti.6. in ſolone tertij arg^ti. ſic dic.(Dupl'r ↄtingit aliquē iudicare. Uno modo per modū inclinationis:ſicut qui hꝫ habitū virtutis recte iudicat de his que ſunt ſcd̄ꝫ virtutē agenda inquantū ad illa inclinat̄. Unde ꝛ in ethicis dr̄ ꝙ virtuoſus eſt menſura ꝛ regula humanoꝝ actuū. Alio mō per modū cognitionis:ſicut aliqs inſtructus in ſcientia morali poſſꝫ iudicare de actibus virtutis ēt ſi habitum non hēret.) Hec ille. Quō autem idē habitus poſſit inclinare nunc ad hunc actū:nūc ad oppoſitū vel ad diuerſa obiecta. oñdit ſcūs Tho.pma ſcde qōne.54.art.2.ꝛ.4. vide ibi alia dicta Petri ſtare poſſunt bn̄ intellecta. ¶ Ad primū ↄtra ſcd̄aꝫ ↄnem dicit̄ negando minorē:qꝛ dos ſubtilitatis hꝫ aliū effectū ꝙ̄ penetrare aliud corpus: ꝛ facere ꝙ duo corpora ſint ſil':vt patet per predicta. ¶ Ad ſcd̄ꝫ dicit̄ ꝙ per diuinā potentiā corpus glorioſū eque pōt eſſe ſil' cum alio corpore glīoſo. imo potius. De hoc ſcūs Tho.diſ.44.q.2.arti.2.in ſolone quarte qōnis ſic dic.(Corpus glorioſū rōne ſue ꝓprietatis nō hꝫ ꝙ poſſit eſſe cū alio corpore glīoſo in eodem loco:ſicut nec vt ſit cū corpore non glīoſo. Diuina aūt virtute poſſet fieri vt duo corpora glorioſa eſſent ſil':vel duo non glorioſa: ſicut glorioſū ꝛ nō glorioſū. Sed tn̄ non eſt ↄ̄ueniēs ꝙ corpus glīoſū ſit ſil' cum alio corpore glīoſo: tum qꝛ in eis ſeruabit̄ debitus ordo qui diſtinctionē requirit. tum qꝛ vnū corpus glīoſum nō ſe opponet alteri ꝛ ſic nunꝙ̄ duo corpora glīoſa erunt ſil'.) Itē in ſolone quarte qōnis ſic dic.(Corpus glīoſū nō hēbit ꝙ ſit cū alio corpore ſil' rōne ſubtilitatis:ꝛ ſi hoc hēret vt eſſet cum alio corpore:nō tn̄ cum corpore glorioſo.) ¶ Ad 3^m dr̄ ꝙ aīa beata reſumpto corpore glīoſo poterit eſſe ſil' cū quocunqꝫ alio corpore eſſe voluerit:non tn̄ propria virtute: ſꝫ diuino miraculo. De hoc ſcūs Tho. vbi ſupra in ſolutione ſexte qōnis ſic dicit.(Corpori glīoſo ſcd̄ꝫ nāꝫ ſuam cōpetit vt reſiſtat cuilibet alteri tranſeunti:ita ꝙ nō poſſit ſil' eſſe cum eo in eodē loco:ſꝫ miraculoſe hoc pōt diuina virtute ↄtingere ad nutū ipſius ꝙ ſit cū alio in eodem loco:ꝛ ſic non reſiſtet ei tranſeunti.) Hec ille. ¶ Ad 4^m negatur ↄſequentia:qꝛ per nullā formā creatam aufert̄ a corpore glīoſo illud.qd̄ eſt prin^m incōpoſſibilitatis coexiſtēdi alteri corpori:vt pꝫ in probatione ↄnis. ¶ Ad 5^m negatur minor.ꝛ ad eius probationē pꝫ rn̄ſio per dicta ſci Tho.in ſcripto ſup Boetiū de trini. in illa qōne qua querit. Utrū duo corpora poſſint itelligi eſſe in eodē loco. Ibidē eni in ſolone 5^i arg^ti ſic dicit. (In ferro ignito nō ſunt duo corpora:ſꝫ vnū corpus habens quidē ſpeciem ferri:ſꝫ aliquas qualitates ignis.) Hec ille. Completius tn̄ reſpondet Pe.de pa.d. In ferro ignito non ſunt ſil' ignis ꝛ ferrū. Cuius rō eſt : qꝛ forma ignis non cōpatitur in mā̄ quā perficit tantā denſitatem quantā hꝫ materia ferri:nec forma ferri compatitur tantā raritatē: quantā requirit forma ignis. Dicendum ergo ꝙ cum ferrū ignit̄: vtiqꝫ ignitio ferri nō eſt niſi vehemens alteratio a q̄litatibus ignis: rōne cuius pōt aliud ignire:ꝛ ſic vbi ferrū eſt nō eſt ignis : ſꝫ ardor vel cauma. Si que tn̄ ſunt poroſitates in ferro:nihil ꝓhibet qn ibi ſit ignis verus gn̄atus vel in nā̄ aeris prius ibi exiſtentis vel in ſubtilioribus partib^9 que reſoluunt̄ a ferro. De pane aūt intincto vel ibibito in vino vel aq̄ dōꝫ eē:ꝙ vbi eſt poroſitas ibi ſolū eſt vinū vel ſola aq̄.

Beatus poterit ſil' eē cū alio corpore prout voluerit ſed non niſi diuina virtute.

Ubi aūt eſt panis in ſolidus nihilominus humectatus ibi eſt ſolus panis:alteratus tn̄ a q̄litatibus aque vel vini:quoꝝ ſub̄a corrupta ē:ꝛ ſic nunꝙ̄ eſt ſil' ferrū ꝛ ignis: nec panis ꝛ vinū. Hec Pe.ꝛ bn̄. ¶ Ad primū Durādi ↄtra tertiam concluſionē reſpondet Pe.de pa.dicens ꝙ maior eſt vera ꝛ minor falſa. Ad probationē poſſet negari maior:ſed ſcd̄m veritatē minor eſt falſa:qꝛ non eſt de formali ratione quātitatis ꝙ partes eius ſitu diſtinguant̄. Qd̄ probatur dupliciter. Primo ſic:quia quantitas non includit in ſua eſſentia nec in ſuo eſſe formal'r ꝛ eſſentialiter ſitū:nec per ↄſequens diſtinctionē ſitus ſeu poſitionis que eſt poſterior:qꝛ coordinationes predicamentoꝝ ſunt ipermixte:vnde cū ſitus ſeu poſitio ſit aliud predicamentū diſtinctū a quātitate:ſiue differāt vt res ꝛ res:ſiue vt modus a re:ſaltē ratiōe formali differant ꝛ quidditatiue:ꝛ ſic non eſt de rōne ſue eſſentie: nec per ↄſequens ſui eē:cū nihil cadat mediū inter eēntiam ꝛ eſſe:nec eſſe vnius ꝑdicamenti deſerit ſuā eſſentiam vt tranſeat ad aliam. ergo deus pōt facere q̄titatē ſine hoc ꝙ partes eius ſint diſtincte ſitu:qd̄ ſolū impedit ſimultatē corporū in loco. 2° qꝛ illud non eſt de rōne alicuius:qd̄ eſt extra completā eius diffinitionē:ꝛ poteſt res eſſe poſita ſua diffinitione vt alio circū ſcripto. Sed completa diffinitio quātitatis eſt:ꝙ quantū eſt diuiſibile in ea que inſunt:propter qd̄ eſſe partibile: ꝛ habere partes eſt completa ratio quantitatis:ꝙ autē ille partes ſint diſtincte ſitu vel loco hoc accidit. Ponatur ergo per poſſibile vel impoſſibile ꝙ aliqd habeat partes:ꝛ ille non diſtinguātur ſitu:quero vtrū eſt quātitas vel non. Si dicas ꝙ nō:ergo habeo diffinitionē ꝛ non diffinitū. Si autē dicas ꝙ ſic.ergo eſſe partē extra partem non eſt eſſentia quantitatis. Si aūt dicatur ꝙ ſpecies abundat a genere:ꝛ quantitas continua vt eſt quātitas non includit niſi ſolū partibilitatē:ſed vt eſt continua determinat modū partibilitatis cum ſitu. Poteſt dici ꝙ ꝛ ſi determinaret ſibi ſitum:non tamen propter hoc diſtinctionem ſitus. Nam punctū eſt vnitas poſita ꝛ tamen duo puncta que ſunt in extremitatibus duarū linearū contiguarū habent vnū met ſitum:ꝛ nihilominus ſunt vere puncta ꝛ vere poſita ꝛ ſituata. Et ita etiā oēs partes quantitatis que eſſent in eodē loco eſſent ſituate ſeu poſite:ſꝫ non ſitu ſeu poſitione diſtincte. Hoc tn̄ non eſt verum:quia vnum predicamentū nunꝙ̄ eſt differentia alterius ſpecifica:lꝫ ſpecies relationū innoteſcant aliquando per ſpecies alioꝝ.5.metaphyſice. Sꝫ aptitudo ad hoc bene poteſt dici eſſentialis ꝛ ſpecificās quantitatē continuā permanentē. Permanentia autē videtur eſſe differentia quantitatis continue reſpectu ſucceſſiue ꝛ non ſitus. Si autem dicatur ꝙ continuum eſt cuius partes copulantur ad aliquē vnum terminū cōmunem qd̄ ſupponit diſtantiam partium extremarū a media. Dicendum ꝙ non eſt verū. Magis eniꝫ copularentur termino cōmuni ſi ab illo non diſtarent: nec ꝑ conſequens abinuicem:ꝙ̄ per hoc ꝙ diſtant:ſicut prius dicebatur ꝙ ſi eſſet partibile partibus nō diſtantibus eſſet vera quantitas. Et quia nihil eſt in genere qd̄ non ſit in aliqua ſpecie eius.oportet ꝙ eſſet in aliqua ſpecie. Si autem non eſſet in ſpecie quantitatis cōtinue ꝛ permanentis:in nulla alia eſſe poſſet. Non enim in diſcreta que ſupponit continuā. Nec in ſucceſſiua : cum ſucceſſio ſimultatem excludat. Eſſet ergo in ſpecie quantitatis continue permanentis:ꝛ ſic ei accidit quo ad eſſentiam habere in partibus diſtinctionem ſitus. Hec Pe. Et in idem redit ſolutio quā dat Ioā.de neapo.ad predictam rationem in ſuo 2° quolibꝫ.q.4. Dicit eni ꝙ de

intrinſeca ꝛ formali rõne q̄titatis ꝯtinue eſt ꝙ habeat partē ex̄ partē.i.diſtinctā a parte realiter:nõ aũt ſitualiter.imo ſitus quantũ ad totuꝫ eius ambitum eſt extra intrinſecam ꝛ formalem rationem quãtitatis:cum ſit aliud predicamentũ a quantitate. Unũ enim predicamentũ eſt extra extrinſecã ꝛ formaleꝫ rõnem alterius

Habere poſitionē eſt diſferentia q̄titatis: ꝙ ſenſus. Uide ad 6.co.ſcḋa.

mere ꝛ accidentalr̄ ſe habens ad ipſm. Phs aũt in predicamentis dicit:ꝙ hēre poſitioneꝫ eſt dr̄ia quãtitatis: nõ intendēs ꝙ p̄dicamentũ ſitus ſeu poſitionis ſit dr̄ia ſpecifica ſpēi quãtitatis ꝓp rationē iam dictã:ſꝫ circũloquens dr̄iam quãtitatis ꝯtinue ꝑmanentis.d.ꝙ tale p̄dicamentũ eſt p̄dicamẽto q̄titatis q̄ſi accidẽtale: ſicut ꝛ dr̄ias ſpecificas frequẽter circũloquimur ꝑ accidẽtia. vel per hēre poſitionē. Phs non itelligit hēre ſitũ quẽcunq̄ꝫ:ſꝫ ſolũ habere partē ꝑmanentē realiter diſtinctã ab alia parte:ꝛ ei ꝯtinuatã. Unde cõ ſueuit dici ꝙ hēre poſitionē vt eſt dr̄ia quãtitatis p̄dicta duo includit.ſ.ꝑmanentiã ꝛ continuitatē: ſed ꝓut eſt ſp̄ale predicamentuꝫ īportat hēre partes in diuerſis partibus loci ordinatas. ꝛ hoc eſt qḋ alij dicũt ꝙ poſitio vt eſt ſp̄ale predicamẽtũ dicit ordinẽ partiũ alicuius totius in loco: vt aũt dr̄ dr̄ia quãtitatis dicit ordinē partiũ in toto:non aũt in loco. Et ſilr̄ dr̄m eſt ꝙ de intrinſeca ꝛ formali rõne quãtitatis eſt hēre partē iuxta partē.i.a parte nõ ſeparatã:nõ autem iuxta partē in ordine ad locum.i.parteꝫ diſtantē loco ab alia parte. Uel dr̄m ꝙ de intrinſeca ꝛ formali rõne quãtitatis eſt hēre partē extra partem vel iuxta partē ſitu vel poſitiõe nõ actu ſꝫ aptitudine:ſicut ꝛ de intrinſeca rõne accidẽtis eſt ineſſe ſubiecto non actu: ſed aptitudine:quo mõ etiaꝫ accidentis eſſe eſt ineſſe. Hec Jo. ꝛ hu. Uterq̄ꝫ enĩ ꝯcordat in hoc dictis ſci Tho. diſt.

T.c.5. 44.q.2.arti.p̄.q.1.in ſolone primi. vbi ſic dicit. (Scḋꝫ phm in.8.metha.qꝛ dr̄ie eſſentiales ſũt nobis icognite vtimur q̄nq̄ꝫ differẽtijs accidẽtalibus ad ſignificandũ dr̄ias eſſentiales que ſũt accidẽtaliũ cauſe. vñ mortale nõ ponit̄ in diffinitiõe hōis.q.ipſa mortalitas ad eſſentiã hōis ꝑtineat:ſꝫ qꝛ illud qḋ eſt cã mortalitatis ſcḋm p̄ſentē ſtatũ.ſ.cõpoſitio ex ꝯtrijs eſt de eẽntia hōis ꝛc̄.) Itē diſ.x.q.1.arti.2.q.4.i ſolone tertij ſic dicit. (Sic q̄titatē p̄ſupponit:ꝛ qꝛ q̄titas xp̄i nullam habitudinē hꝫ ad dimenſiones panis.iḋ etiã nec ſitus partiũ corporis xp̄i. Et iḋ q̄uis corpus xp̄i ꝓut ē ſub ſacrõ hẽat partes diſtinctas ꝛ ſituatas ſitu nãli:non tñ eſt aſſignare in partibus dimenſiõis panis. vbi ſingule partes corporis xp̄i iaceant:nec tñ ſequitur ꝙ dicat̄ corpus xp̄i confuſuꝫ:qꝛ ſcḋm ordinē illũ nõ comparat̄ ad diuiſiões exteriores.) Hec ille. Itē arti.3.q.3.in ſolone ſcḋi ſic dicit. (Cõfuſio opponit̄ ordini ꝑtiũ que ꝑtinent ad rõneꝫ ſitus: ꝛ quia corpus xp̄i non eſt ſitualr̄ ſub ſacrõ:iḋ non ſequit̄ ibi aliqua ꝯfuſio partiũ ex hoc ꝙ in quolibet ſignato hoſtie ē totũ corpus ꝛ quelibet pars. Cũ uis enĩ non ſit accipere ordinē partiũ ſꝫ cõparationē ad partes hoſtie:tñ eſt accipere ordinē ipſaruꝫ partium ad inuicē in corpore xp̄i ſcḋm quãtitatē propriã.) Hec ille. Ex q̄bus pꝫ q̄uo eſt duplex ſitus:ꝛ ꝙ ſitus qui dicit ordinē partiũ in loco non eſt de intrinſeca rõne partiũ q̄titatis dimẽſiue:ſꝫ accidit ei. ¶ Ad 2m r̄ndet Petr̄ ꝑ negando maiorē: qꝛ nõ ſequit̄ ſi ꝑtes q̄titatũ diuerſaꝝ p̄nt eſſe indiſtincte ꝙ ꝓpter hoc partes eiuſdē q̄titatis:qꝛ etiã nãliter partes ſuperficiei ꝯtinentis ꝛ ꝯtente ſũt ſitu ꝯiuncte ꝛ imediate nõ diſtãtes:qꝛ locus ꝛ locatũ ſunt ſil̄: ꝛ tamen partes ſuperficiei alterius inter ſe ſunt ſitu diſtincte. Et ſic falſo aſſumebat̄ in primo argũo ꝙ maior diſtinctio requirit̄ in partibus q̄titatis diuiſe q̄ꝫ indiuiſe. Et rõ huius poſſet dari:quia ꝯdictio eſt ꝙ aliqua ſint diſtincta ꝛ plura inter ſe:ꝛ tñ careant oĩ cauſa diſtinctionis. Quãtitas autem inquãtũ accidens hꝫ indiuiſibiliter diſtingui ſubiecto:ſed ꝓpter hoc inquãtũ tale accidens diſtinguit̄ ſitu: qḋ ei cõpetit etiã ſi non hēret ſubm. Quãdo aũt quãtitates ſunt diuerſoruꝫ corporũ ſi ſint indiſtincte ſitu:adhuc remanent diſtincte ſimplr̄ ſubiectis: ꝛ ad effectum ſufficit altera cauſaꝝ quãdo quelibet eſt ſufficiens. Sꝫ in eadē quantitate indiuiſa ꝯfuſa diſtinctione ſitus nõ remanet diſtinctio ſubiecti:qꝛ eſt idē ſubm. Nec poteſt dici ꝙ diſtinguant̄ diſtinctis partibus ſubiecti: cũ magis ecõuerſo hec diſtinctio inſit ſubiecto ab ipſa q̄titate. Unde deus qui põt facere duo corpora eſſe in eodē loco q̄ſi ſunt phyſica:non poſſet ibi duo corpora mathēca qꝛ nõ diſtinguunt̄ ſubiecto:qḋ eſt verũ:niſi faceret ſcḋꝫ miraculũ qḋ eſt ſibi poſſibile:qꝛ illã diſtinctionē quã habent accidentia a ſubiectis põt eis dare ꝛ ꝯſeruare ſine ſubiectis:ſicut duas albedines ſeparatas poſſet facere. Propter qḋ aliq̄bus vr̄ ꝙ poſſet facere duo accidentia ſolo numero dr̄ia in eadē parte ſubiecti quantũ ad hoc ſaltē ꝙ defectus diſtinctionis nõ īpediret:ſꝫ aliud forte impediret. Sꝫ iſta ſolutio nõ eſt bona vt videbitur poſtea. vñ ſtandũ eſt in ſolone primi argĩ cõcedendo ꝙ idem ſit de replicatiõe eiuſdē q̄titatis ſupra ſeipſaꝫ ꝛc̄. Nec ſequit̄ impoſſe:qꝛ ſci dicunt ꝙ deus poſſet facere camelũ per foramen acus tranſire:qḋ forte non eẽt per cõpreſſionē in minimã figurã ſalua eius vita : que non pateret̄ oſſium fractionē:ſꝫ per hoc ꝙ partes ſe inuiceꝫ ſubintrarent vt ita dixerim ſublata ab eis diſtinctione ſitus:preter minimã ꝛ minorē foramine acus : vt poſſet tranſire. Si enĩ duo corpora diſtincta ꝛ integra ꝛ incorrupta vnire põt in vno loco:multo magis diuerſas partes eiuſdē corporis puta manus ꝛ pedes. Hec Pe. Concordat Joan. de nea. vbi ſupra.d.ꝙ virtute diuina magnũ corpus poſſet eſſe in loco paruo ꝛ minimo eq̄li vni parti eius:vt corpus xp̄i totũ eſt in minima parte ſacri. Et hoc forte innuit ſaluator Math.19. vbi dicit ꝙ facilius eſt camelũ per foramen acus exire q̄ꝫ diuitē intrare i regnũ celoruꝫ. Et ſubdit paucis interpoſitis. Apud hoīes hoc eſt impoſſe:apud deuꝫ aũt oĩa ſunt poſſibilia. Hec Jo. ꝛ bene. Cõcordãt enĩ vtriſq̄ꝫ in hoc ſcũs Tho. diſt.44.q.2.arti.2.in ſolone.5.q. vbi querit. Utrũ corpus glorioſuꝫ poſſit eſſe in loco minori ſe. vbi ſꝫ dicat ꝙ nunq̄ꝫ hoc fiet etiã per miraculũ in corpore glorioſo nõ tñ negat q̄n poſſet fieri in corpore non glĩoſo. ¶ Ad 3m reſpondet Petrus.d.ꝙ dici põt vt bis replicatũ eſt: ꝙ diuerſe partes diuerſoꝝ motuum p̄nt eſſe ſil̄ tempore:ꝛ ipſi toti motus ſiue in eodē ſubiecto differẽtes ſpecie:vt idem homo ſimul currit ꝛ caleſcit ſiue in diuerſis vt duo ſil̄ currunt:ſed non diuerſe partes eiuſdem motus. ꝛ ſimiliter diuerſorum corporum quãtitates ſimul eſſe poſſunt:ſed non eiuſdem quãtitatis diuerſe etiam partes propter rationeꝫ tactam in ſecũdo argumento. Sed iſtud non valet propter rationē ipſoruꝫ:que bene probat in primo argumento ꝙ quantitas diuiſa nõ minus requirit diſtinctionē q̄ꝫ indiuiſa. Dicenduꝫ eſt ergo ad exẽpla de diuerſis ſuperficiebus ꝛ motibus:que ſunt ſimul plus q̄ꝫ diuerſe partes eiuſdem:ꝙ hoc non eſt ꝓpter diuerſitatē ſubiectorũ. vt dicebatur in ſolutione ſecundi argumenti:ſed propter hoc ꝙ comparantur ad inuicem non vt quãta:ſed vt indiuiſibilia ꝛ termini quãtitatis:quia ſuperficies eſt indiuiſibilis ſcḋm profunditatē. Unde ſup̄ficies ꝯtinēs ꝯtenta ꝛ ꝯtenta ꝯuexa ſunt ſil̄ ſcḋm ꝓfunditatē ſcḋm quã nõ ſunt partes : ſꝫ termini diuerſaꝝ q̄titatũ. ſꝫ ſup̄ficies ꝯuexa ꝯtinẽtis. ꝛ ſilr̄ ꝯuexa ꝯtẽti nõ ſũt magis ſil̄ q̄ꝫ ſi eẽnt eiuſdē q̄titatis:imo tñ

nec plus nec minus diſtant adinuicem. Et ſilr de motibus ꝯcurrentibus: qꝛ ꝯcurrunt adinuicē ſicut due linee ꝯiunguntur ſcḋm latitudinē: ſi vna poneretur iuxta aliam. Per idē eni eſſet ac ſi duo puncta ponerentur ſil que non faciūt aliqd maius. Motus eni hꝫ partes que ſunt ꝑus ⁊ poſterius ⁊ nō vnā iuxta aliud. Si aūt ponerentur duo motus diuerſi: quoꝝ vnus eēt prioꝛ ⁊ alius poſterioꝛ: ſic nō poſſent eſſe magis ſil duratione q̄ꝫ partes eiuſdē motus. Dōꝫ eſt ergo ꝙ ſicut impoſe eſt duas q̄ntitates diuerſas eſſe indiſtinctas ſitu: ſic impoſe eſt de diuerſis ꝑtibus eiuſdē quātitatis. Et ad rōnē que tacta eſt ꝯ hoc in ſolone ſcḋi argi dōꝫ eſt: ꝙ poſita cauſa formali in habentibus māꝫ: deus pōt ſupplere oēm aliā cāſitatē. Lꝫ ergo dicatur ꝙ partes q̄ntitatis differant ſubiecto ⁊ ſitu: vtraqꝫ tn̄ eſt dr̄ia extrinſeca ⁊ nō eſſentialis: qꝛ tn̄ ſubm q̄ꝫ ſitus ſunt extra eſſentiaꝫ q̄ntitatis cū vna pars q̄ntitatis differat ab alia formalr intrinſece ſeipſa cū ſit forma. Actus eni formalr ſeipſo diſtinguitur a quibuſcunqꝫ diſtinguitur. Propter qḋ ſi partes eiuſdē q̄ntitatis habētis ſubiectum ſuū vel numeruꝫ ſup ſe replicate fiant ſitu indiſtincte ſublata diſtinctiōe effectiua vel mālī ſubiecti: ⁊ ſublata diſtinctiōe accidētali ⁊ extrinſeca ſitus: deo cōſeruante effectiue: remanet eius formalis ⁊ eēntialis et itrinſeca diſtinctio quā hn̄t ex ſeipſis formalr: ſicut ſublatis q̄ntitatibus duoꝝ hoīum ſublata eēt diſtinctio numeralis accidētalis exterioꝛ q̄ erant duo q̄ntal: ſed remaneret alia que eēnt duo hoīes: ⁊ mlti multitudine ſubali ab vno qḋ ꝯuertitur cum ente. Propter qḋ dōm eſt ad argm: ꝙ minoꝛ eſt vera ſꝫ maioꝛ falſa: qꝛ nō ſic ſe habēt partes q̄ntitatis ꝑmanētis ad pōneꝫ ſicut ꝑtes q̄ntitatis ſucceſſiue ad ſucceſſionē: qꝛ ſucceſſio eſt dr̄ia ſpecifica ⁊ eēntialis motus ⁊ tpis. vn̄ non pōt fieri motus ſine ſucceſſiōe plus q̄ꝫ hō ſine rōne. ſꝫ poſitio nō eſt dr̄ia q̄ntitatis: cū ſit aliud ꝑdicamentū: ſed hn̄ eſt ꝑpria paſſio eius a q̄ deus pōt ſeparare ſubm: ſicut prius a poſteriori. ſed hēre ꝑtes eiuſdē rōnis eſt ꝑpria qdditas q̄ntitatis: ⁊ nihil plus: non aūt hēre partes abſolute: cū hoc hēat ſubā cōpoſita. q̄ q̄ntitas manēs ꝑ eēntiā ſuā eſt apta nata hēre ſitū: ⁊ per ſe ꝑ mō hꝫ aptitudinē ad diſtinctōeꝫ ſitus qꝛ cū ꝑpria paſſio fluat imediate a ꝑncipijs eſſentialibus ſubi: pōt dici ꝙ per eſſentiā eſt aptuꝫ natum ad illā: ſed actualis inherētia ꝑtinet ad ſcḋꝫ modum ꝑſeitatis. Hec Pe. Et in idē redit ſolutio Joan. ne. d. ꝙ maioꝛ argi eſt neganda qḋ probatur ex dictis Durandi: qꝛ ſm eū eiuſdē rōnis eſt diſtinctas quātitates eſſe ſil pōne: ⁊ diſtinctas ꝑtes eiuſdē q̄ntitatis: ⁊ pari rōne ſcḋꝫ eū ſequitur ꝙ eiuſdē rōnis ſit diſtinctos motus eē ſil duratōe ⁊ diſtinctas partes eiuſdē motus: ſi motus ⁊ ꝑtes eius ſic ſe hn̄t ad durationē: ſicut q̄ntitas ꝑmanens ad poſitionē: ⁊ tn̄ per nullā potentiā due ꝑtes motus pn̄t eſſe ſil duratione ēt ſcḋꝫ eū. duo aūt motus diſtincti pn̄t eē ſil duratione: ēt nō aliter. Rō aūt predicte iterceptōis ⁊ dr̄ie eſt: qꝛ ſucceſſio partis poſt partē ſeu hēre ꝑus ⁊ poſterius in ꝑtibus ſuis eſt eēntiale tpi: qḋ nihil aliud eſt q̄ꝫ q̄ntitas motus ſucceſſiua: ſiue prius ⁊ poſterius numerata in motu. vt pꝫ. 4°. phyſi. Et ēt motui: qḋ pꝫ duplr. Primo: qꝛ moueri eſt aliter ſe hēre nūc ⁊ ꝑus eēntialr vt pꝫ. 6°. phyſi. ergo de itrinſeca ⁊ formali rōne motus eſt hēre ꝑus ⁊ poſterius in ꝑtibus ſuis. 2°. qꝛ motus ē actus entis exiſtentis in poa. vt pꝫ 3°. phyſi. nihil autē eſt in poa ad id qḋ hꝫ: ſꝫ ſolū ad id qḋ habiturū eſt poſtea: ergo motus eēntialr hꝫ duo in ſe vnū prius: rōne cuius dr̄ eſſe actus: ⁊ aliud poſterius ad qḋ mobile exiſtit in potentia. Habere aūt poſitionē ſeu ſitum in partibus ſuis vel diſtinctionē ſitualē quantū ad partes ſuas nō eſt eſſentiale q̄ntitati ꝑmanenti vt per ꝑdicta iam pꝫ. Dōm ergo ad maiorem ꝑdicte rōnis qua dicitur ꝙ ſicut quātitas ſucceſſiua ſe hꝫ ad durationē ſeu ſucceſſionē ſcḋm durationē: ſic quātitas ꝑmanens ſe hꝫ ad poſitionē ⁊c. ꝙ nulla eſt ſilitudo: vt iam declaratū eſt: ſed ad permanentiā ſeu ſimultatē ſcḋꝫ durationē. ⁊ per ꝯñs ſicut īpoſſibile eſt plures partes quantitatis ſucceſſiue vt motus ⁊ tēpoꝛis eſſe ſimul duratiōe: ſic impoſe eſt plures partes q̄ntitatis permanentis: ſuppoſita eius permanentia nō eſſe ſil duratiōe non autem ſequitur ꝙ non poſſint eſſe ſil poſitione. Hec Pe.

¶ Ad 4m reſpōdet Petrus. d. ꝙ nō eſt ſile de duobus accidentibus reſpectu vnius ſubiecti ⁊ de duobus coꝛpoꝛibus reſpectu vnius loci: qꝛ accidentia ſe habent informatiue ad ſubm: coꝛpoꝛa aūt ſe habēt ad locū extrinſece. Itē forte quāuis duo accidētia abſoluta nō poſſunt eē in eodeꝫ ſubiecto vt due albedines: tn̄ ab aliquibus ponitur ꝙ duo accidentia reſpectiua pn̄t eſſe in vno ſubiecto: ſicut in vno patre due ꝑnitates reſpectu duoꝝ filioꝝ. Nec eſt dubiū quin in duobus ſubiectis ſint duo accidētia reſpectiua per cōparationē ad vnū: ſicut in duobus filijs ſunt due filiationes per comparationē ad vnū patrē. ⁊ iſtud vt videtur pōt ſufficere ad ꝑpoſitū qꝛ vbi vel eſſe in loco dicit reſpectū coꝛpoꝛis ad locum. Propter qḋ nihil ꝓhibet quin duo coꝛpoꝛa ſil habeant duo vbi reſpectu eiuſdē loci. Hec Pe.

¶ Ad 5m dicitur ꝙ ſolutiōes date ad dicta ſanctoꝛū ⁊ auctoꝛitates ſacre ſcripture nō valent. De hoc Pe. Poſſunt inqt impediri ſolones ad auctoꝛitates. Primo de natiuitate xp̄i non valet dilatatio illa: qꝛ nō eſt de mēte ſanctoꝛuꝫ qui dicunt oſtiū concluſum ſemꝑ fuiſſe beatū vterū. Qꝛ aūt aliqui dicunt eū aperuiſſe exponendū eſt ſicut dr̄ infernū aperuiſſe. Hꝫ.n. clauē dauid qui aperit ⁊ nemo claudit ⁊c. qꝛ eni nemo exit de domo clauſa niſi ſibi aperiatur oſtiū ⁊ de iferno nullus exire poterat: xp̄s autē inde exiuit: et alios extraxit ⁊ exire inde fecit: ꝑꝑ hoc dicitur ꝙ infernū aperuit: non qꝛ eius ingreſſum fregerit nec dilatauerit. ita xp̄s qꝛ de matre exiuit dr̄ vterū aperuiſſe: quia ſine apertiōe nullus filius exijt. Et ſic ad moduꝫ aperientis exeundo ſe habuit: nō ꝙ dilatauerit: qꝛ talis apertio ēt ſine fractione opponitur clauſiōi ⁊ nō ſolū fractioni. Sci aūt dicūt nō ſolū clauſum pudoꝛis ſignaculū: ſed etiaꝫ ipm vterū ⁊ poꝛtā in domo dn̄i clauſam: ⁊ ꝙ poꝛta illa clauſa erit ꝑncipi ⁊ nō aperietur: ⁊ dn̄s intrat ⁊ exit per eā ⁊ multa hꝫ. Ad aliā de ſepulchro dicendū per intereptionē: bene refert comeſtoꝛ voceꝫ auditā: ſic potuit xp̄s clauſo ꝓdire ſepulchro. ⁊ lꝫ non ſit articulus fidei: tn̄ ſi recipitur auctoꝛitas: nō eſt ad menteꝫ eoꝝ exponere: ꝙ ſubito apertū ſit ⁊ ſubito clauſum. immo intelligunt ꝙ ante oēm apertionē exiuit ianuis clauſis. certū eſt ꝙ ꝑ feneſtras potuit ingredi: ſꝫ nō ſic intelligūt ſci. Et lꝫ nō ſit impoſſibile deo coꝛpus etiam imoꝛtale in minimā figurā redigere: tn̄ non cōuenit coꝛpoꝛi imoꝛtali: qḋ ſine fractiōe oſtium videtur nō poſſe fieri. et multo magis illud dicere debuerūt in xp̄i natiuitate. Nā quātitas foꝛmice ſufficit ad magnitudineꝫ coꝛpoꝛis aīati primo aīa rōnali. vn̄ cum ſalua virginitate cruoꝛ meſtruus ⁊ vrine exeant: potuit ſic coꝛpus xp̄i ab ipſo cōprimi vt ſine fractiōe ⁊ dilatatione exiret: ⁊ viuus hō remaneret. De 4°. ſ. de celo veꝝ dicunt: qꝛ ſicut cedit aer auibus volantibus: ſic illud ſcōꝝ coꝛꝑibus innumerabilibus vl imoꝛtalibus hac atqꝫ illac diſcurrētibus: qꝛ ſicut ſcintille in arundineto diſcurrent. De 5° autē dōm: ꝙ lꝫ quātitas xp̄i ſit in altari: tamē non eſt ibi localiter: ideo non eſt multuꝫ ad ꝑpoſitū. Hec Pe. Jo. autē de nea. magis extenſe dicit de predictis. Iſte inquit reſpōſiones non valent: ſed vi-

dentur

oēs: quas deus poſſet facere: q2 ille ſunt infinite ſi ponāt̄ ſicut opʒ ponere ꝙ deus modis infinitis ſit imitabilis. ¶ Ad p̄ᵐ ḡ per qḋ hoc ꝓbat dōm: ꝙ eēntia diuina vt eēntia nō repn̄tat diſtincte creaturas: ſʒ vnite: ſʒ itellect⁹ diuinus itelligit oēs illos modos diſtincte: quibus eēntia diuina eſt imitabilis: ⁊ q2 pōt itelligi eēntia diuina abſq3 h̄ ꝙ itelligat̄ gcqd diuinus itellect⁹ itelligit: g nō ſolū itelligit diuinā eēntiā ſcḋʒ modos ⁊ ēt diſpōnes reꝝ. iō ꝑ eēntiā diuinā vt eēntia eſt nihil cognoſci pōt de creaturis: q2 eq̄lr repn̄tat oīa. ſ. vnite: ſʒ nulla diſtincte ⁊ determinate ſcḋm Tho. de veritate niſi ꝑ itellectū diuū determinate apphendentē eēntiā i cōparatione ad determinatā creaturā. Ad ꝓbationē dōm ꝙ eēntia diuia eſt nālr ſilitudo oiuʒ: q2 in ea oīa hñt fontalē ſilitudinē: non tñ diſtinctā. vñ ꝑfectio quā imitat̄ aſinus in deo nō eſt diſtincta a ꝑfectiōe quam imitat̄ āgelus: imo vna ⁊ eadē ē. ⁊ idiuiſibil': cū vtraq3 ſit idē qḋ diua eēntia. Tñ itell's diuus ꝯphēdit diuerſas rōes imitabilitatis ⁊ diſtictas: q2 nō ſʒ idē ex ꝑte imitantiū imitant̄ diuā eēntiā. Vñ eēntia ē ſilitudo oīa in ſe ꝯtinēs ꝑꝑ plenitudinē ꝑfectiōis: ſʒ nō diſticte niſi mō ꝑdicto. i. ſm ꝙ hʒ rōnē idee. Qḋ āt dicit de repn̄tatiōe eēntie ⁊ idee: dōm ꝙ diuerſa ſunt gnā repn̄tationū: q2 eēntia repn̄tat ſic̄ fundamētū: in q̄ ſunt fundamētalr ꝑfectiōes oium generū ſm ꝯmētatorē. 5. metaph. ſed idee repn̄tāt res diſtincte ⁊ ſm ſuas rōes finitas. Et iō dōm ꝙ vna idea repn̄tat vnū: ⁊ alia aliud. vñ repn̄tatio eēntie diue nō depēdet a repn̄tatiōe ideaꝝ: ſʒ magis eꝯ: cū ſic repn̄tet eēntia diua res: ꝙ nō pñt ꝑ eā diſtincte cognoſci niſi ab itellectu q cognoſcit cū apphēſiōe: ⁊ q cognoſcat q̄ō diſtincte imitabilis ē a reb⁹. Ad aliā obiectionē dōm: ꝙ lʒ eēntia diua nō poſſit videri ſine gnālib⁹ ꝑfectiōib⁹: puta ſine rōne entis boni ⁊ ſapientie: tñ pōt videri ſine ſpālib⁹: puta ſine ꝑfectōe quā lapis ꝑticipat ab ea. Ad aliā obiectionē que dicit: ꝙ eēntia ſe hʒ eq̄lr ad repn̄tādū oīa. veꝝ ē. ſed nulla diſtincte niſi ab itellectu q rōnes vnitas in ea ſcit diſtinguere ꝑ diuerſos reſpectus ⁊ ꝑfectiones ad creaturas. vñ nō plus reſpicit eēntia ꝑfectionē hui⁹ vniuerſi q̄ȝ alteri⁹: iō cū neutrū diſtincte ⁊ determinate repn̄tet: ſed mō vnito ⁊ ſimpliciſſimo: nō eſt neceſſe ꝙ q cognoſcat eēntiaʒ: cognoſcat oīa q̄ repn̄tāt niſi ꝯphēdat eā. Hec Her. In qb⁹ lʒ multa vā dicat: tñ ſepiſſime replicat illud falſuʒ ſupi⁹ iprobatū. ſ. ꝙ diua eēntia ex ſe ſine reſpectib⁹ cointellectis nō repn̄tat aliq̄ȝ creaturā diſtincte: ſʒ h̄ hʒ iquātū itelligit̄ a diuo itellectu ſub diuerſis reſpectibus ad creaturas. Hoc. n. falſuʒ eſt. Tū q2 de⁹ nō idiget aliq̄ creatura ad diſticte ⁊ ꝑfecte itelligēdū creaturas ſub ꝓprijs rōnib⁹. ḡ mlto min⁹ idiget ad h̄ reſpectib⁹ rōnis q nō ſūt aliqd i nā reꝝ: ſʒ pure entia rōnis. Tū q2 tales reſpc̄us ꝯſequunt̄ itellectionē creaturaꝝ ſub ꝓprijs rōib⁹. ꝓus nā. n. eſt itelligere extrema relonis q̄ȝ ipam relonē: nec nihil ꝯferūt ad diſtincte cognoſcēdū creaturas. Et iō dōm: ꝙ eſſentia diua ex ſe: nullo addito eſt propria ⁊ diſtincta rō cuiuſlibet creature. Sʒ ad intelligendū hoc ſunt duo notāda. Primū eſt ꝙ aliq̄ forma pōt dici ꝓpria ⁊ diſtincta rō alicuius itelligibilis dupl'r. Primo: q2 eſt ſibi adeq̄ta: ita ꝙ nō eſt rō alicui⁹ alteri⁹. Et ſic itelligēdo diua eēntia nō ē ꝓpria nec diſticta rō alicui⁹ creature: q2 nō ſic repn̄tat aſinū q̄n repn̄tet āgelū. 2ᵒ: q2 repn̄tat oīa q̄ ſunt in re itellecta tā ꝓpa q̄ȝ cōia: ⁊ oīa in qb⁹ ꝯuenit cū alijs vl' dr̄t ab eis. ⁊ ſic diua eēntia eſt ꝓpa rō oiuʒ ⁊ ſingulaꝝ creaturaꝝ: ⁊ repn̄tat oēs ꝓpe ⁊ diſtinctiſſime. 2ᵒ ſciēdū ē ꝙ lʒ eēntia diua ſit ꝓpa ⁊ diſticta rō oiuʒ ⁊ ſingularū creaturaꝝ: ⁊ oēs ꝓprie ⁊ diſtincte repn̄tet ex ſe ſola ſine aliq̄ ſupadditio: nō tñ pōt itelligi vt talis niſi cointellectis diuerſis reſpectibus ei⁹ ad creaturas: ⁊ q2 idea iportat ꝓpriā rōnē vt intellectā: iō de rōne idee eſt reſpect⁹: ⁊ ſūt plẽs idee ſm pluralitatē taliū. Tñ tales reſpect⁹ ⁊ idee vt ſic ꝯſequunt̄ ꝓpriā ⁊ diſtinctā cognitionē creaturaꝝ. imo actū reflexū q̄ de⁹ itelligit ſe itelligere creaturas. De ꝑdictis. S. T. p̄ᵃ pte. q. 14. arti. 6. in ſolone tertij argumēti ſic dic̄. (Idē nō pōt accipi vt ꝓpa rō diuerſoꝝ ꝑ modū adeq̄tionis: ſʒ diuina eēntia eſt aliqd excedēs oēs creaturas: vñ pōt accipi vt ꝓpria rō vniuſcuiuſq3 ſm ꝙ diuerſimode eſt ꝑticipabilis vel imitabilis a diuerſis creaturis.) Hec ille. Itē de veritate. q. 2. ar. 4. in ſolone ſcḋi. ſic dic̄. (De⁹ cognoſcit oīa vno qḋ ē rō pluriū. i. eēntia ſua q̄ ē ſilitudo reꝝ oiuʒ: ⁊ q2 eēntia ſua ē ꝓpa rō vniuſcuiuſq3 rei: iō de vnoquoq3 hʒ ꝓpriā cognitionē. Qualiter āt vnū poſſit eē multoꝝ rō ꝓpa ⁊ cōis ſic pōt cōſiderari. Eēntia. n. diua ſm h̄ eſt rō alicui⁹ ꝙ res illa diuinā eēntiā imitat̄. Nulla āt res imitat̄ diuinā eēntiā ad plenū: ſic. n. nō poſſet eē niſi vna imitatio ipſius: nec ſua eēntia eēt ꝑ modū iſtū niſi ꝓpria rō illi⁹: ſicut vna ſola eſt imago patris ꝑfecte eū repn̄tās. i. filius. Sed q2 res creata iꝑfecte imitat̄ diuinā eēntiā: ꝯtingit eē diuerſas res diuerſimode imitātes: in quarū tñ nūlā nō eſt aliqd qḋ nō deducat̄ a ſilitudine diue eēntie: ⁊ iō illud qḋ eſt ꝓpriū vnicuiq3 hʒ in diua eēntia qd imitet̄ ⁊ ſm h̄ diuina eēntia eſt ſilitudo rei quātū ad ꝓpriū ipſius eēntie: ⁊ ſic eſt ꝓpria ipſius rō: ⁊ eadē rōne eſt ꝓpria rō alteri⁹ ⁊ oium alioꝝ. Eſt ḡ cōis rō oium iquātū ipſa eſt res vna: quā oīa imitant̄: ſʒ eſt ꝓpria rō hui⁹ vl' illi⁹ ſm ꝙ res diuerſimode eā imitant̄. Et ſic ꝓpriā cognitionē facit diuina eēntia de vnaq̄q3 re iquātū ē ꝓpria rō vniuſcuiuſq3.) Hec ille. Ex qb⁹ ꝑʒ ꝙ ſm mentē eius diuina eēntia eſt ꝓpria rō oium: ⁊ oīa ꝓprie et diſtincte repn̄tat ꝑ ſuū abſolutū: ⁊ nō ꝑ reſpect⁹ ideales: q2 illi ſunt poſteriores tali repn̄tatōe ⁊ ꝓpa ⁊ diſtincta cognitiōe creaturaꝝ. De h̄. S. T. p̄ᵃ pte. q. 15. ar. 2ᵒ in ſolone ſecūdi ſic dicit. (De⁹ vno itelligit multa: ⁊ nō ſolū itelligit multas res ꝑ ſuā eēntiā: ſʒ ēt itelligit ſe itelligere multa ꝑ eēntiā ſuā. Sed hoc eſt itelligere plures rōnes reꝝ. vel plẽs ideas eē in itellu ei⁹. vt intellectas.) Hec ille. Itē ibidem in ſolone tertij ſic dic̄. (Hmōi reſpectus qb⁹ multiplicant̄ idee: nō cānt̄ a reb⁹: ſed a diuino intellectu cōparante eēntiā ſuā ad res.) Hec ille. Dico ḡ alr ad p̄ᵐ argumētū Godofredi. ſ. ꝙ diuina eēntia quātū eſt ex ſe eēntialr ⁊ nāliter ⁊ neceſſario repreſentat oēs creaturas: ſed ſolus intellectus diuinus eſt capax talis repn̄tationis: ⁊ ille ſolus vnit̄ ſibi vt eſt oium repn̄tatiua. Unde ſcūs Tho. ſoluit h̄ argumētum ⁊ ſimilia de veritate. q. 8. arti. 4ᵒ. Arguit eni ſic. 3ᵒ loco. (Si angelus videns deū nō cognoſcit oīa opʒ ꝙ hoc accidat vel ex defectu intellectus angelici vel ex defectu rerū cognoſcibiliū vel ex defectu medij. Sed nō ex defectu intellectus angelici cū angelus ſit ſpeculum purū ⁊ imaculatū ⁊ incontaminatū. vt dicit Dionyſius. Nec ex defectu intelligibiliū: q2 oīa ſunt in diuina eēntia cognoſcitiua. Nec ēt ex defectu medij quo cognoſcant: q2 diuina eēntia ꝑfecte oīa repn̄tat. ḡ angelus vidēs deū oīa videt. Ecce argᵐ. Seq̄t̄ rñſio. (Hoʒ (inq̄t) ꝙ angelus vidēs deū nō videat oīa cōtingit ex defectu itellus angelici q nō vnit̄ diue eēntie ſʒ totū ei⁹ poſſe.) Hec ille. Itez. io. loco arguit ſic. (Lux ſpūalis vehemēti⁹ ſe ingerit menti q̄ȝ lux corporalis oculo: ſed ſi lux corporalis eēt ſufficiēs rō oium coloꝝ igerēs ſe oculo oēs colores manifeſtaret. ḡ cū ipſe deus q eſt

De eodē 3. col. 2.

Aliq̄ forma pōt dici ꝓpa ⁊ diſticta rō alicui⁹ itelligibilis dupl'r

ſpūalis lux: ⁊ rex omnium perfecta rō menti angeli vi dentis eū ſe ingereret. āgelus eo cognito oīa cognoſceret.) Ecce argᵐ. Seqᵗ rn̄ſio. (Dōm (inqᵗ) ꝙ rō illa pcede ret ſi oculus corporalis lucē corporalē ſm totū ei⁹ poſ ſe in ſe ſuſciperet: qḋ pꝫ in ꝓpoſito nō eſſe.) Hec ille. Et ſimilia dicit pluries in eadē. q. ex qb⁹ pꝫ ad arᵐ. ¶ Ad 2ᵐ dī ꝙ creature dr̄ eē in deo nō ꝑ eēntiā creature: ſed ꝑ ſimilitudinē ⁊ rōnē creature. Ūn̄ qꝛ ſimilitudo crea ture ⁊ rō eſt creatrix eēntia. iō creatura ſcḋꝫ eſſe qḋ hꝫ in deo dr̄ eſſe creatrix eſſentia. Sicut aūt oñſum eſt: lꝫ diua eſſentia ſit rō oīum creaturarū: non tn̄ vnitur itel lectui creato vt rō oīum: nec ſcḋꝫ totū poſſe ſuū: quo. ſ. pōt actuare intellm̄ ⁊ ponere in actu ꝑ ſufficiēter ad in telligendū oīa. Ūn̄ ꝯn̄a quā arguens facit non vꝫ potiſ ſime cū infert ꝙ oīs creatura equalr̄ ſe hꝫ vt videatur per creatoris eēntiā ſcḋꝫ ꝙ dicit btūs Tho. de veritate q. 8. ar. 4. in ſolone. 12. vbi ſic dr̄. (Et nullo mō ad btī tudinē ꝑtineret creature cognitio: non tn̄ ſequiᵗ ꝙ oīs cognitio creature eq̄liter ſe hēat ad viſionē beatitudi nis. Cognita. n. aliq̄ eā in ꝓmptu eſt vt aliq effect⁹ co gnoſcanᵗ in ipſa: aliqui vo magis lateāt. Sicut pꝫ ꝙ ex pncipȳs demōſtrationis ſtatiꝫ aliq̄ ꝯnes eliciunᵗ: q̄ dam vo nō niſi ꝑ multa media. Et ad hec cognoſcenda nō pōt qlibꝫ per ſe: ſꝫ opꝫ ꝙ ab alio manuducaᵗ. Silr̄ eſt de cognitiōe rōnū intelligibiliū de effectibus reſpe ctu eſſentie diuine: qꝛ quedā ſunt latētiores: q̄dā mani feſtiores. et iō ex viſiōe diuine eēntie q̄dā cognoſcunᵗ q̄dā nō.) Hec ille. Ad hoc tn̄ argᵐ rn̄det Her. q̄ſi eadē in virtute. d. Concediᵗ ꝙ oīs creatura ſm ꝙ hꝫ eſſe in eſſentia diuina eſt creatrix eēntia: lꝫ eēntia diuina nō rep̄ſentat ſeorſum ⁊ diſtincte niſi intellectui qui cōpre hēdit eāꝫ. Hec ille. ¶ Ad 3ᵐ rn̄det Her. ꝙ maius eſt videre eēntiā diuinā abſolute q̄ entitatem creature in eēntia videri: ſed videre eēntiā diuinaꝫ ⁊ creaturas in ipſa maius eſt. Licet ēt rō nō ſequaᵗ niſi qn̄ maius hꝫ nēcīū ordinē ad min⁹: ſicᵗ qui pōt ferre centū pōt ferre xx. qꝛ centū icludit. xx. Sed vbi maius nō hꝫ nēcīū or dinē ad minus: nō nēcīo eſt verū. Nō eni qui pōt gnā re hoiem: pōt gnāre aſinū. Maius aūt eſt videre diui nam eſſentiā: que nō hꝫ nēcīū ordinē ad h̄ ꝙ ipſa viſa videanᵗ creature in ea. vt oſtenſum eſt. Minus autē ſtatuiᵗ videntibus nō ex eſſentie vt eſſentia eſt: ſed ex diuerſa virtute inſpicientiū: ⁊ ex voluntate diuina: qua manifeſtat ſe cuilibet q̄tū vult. Ad obm aūt ꝙ dicitur lꝫ videre res in eſſentia nō addat perfectionem ſupra eſſentiā. tn̄ eēntia que prior eſt: ⁊ nō ſeorſuꝫ ⁊ diſtincte rep̄ſentat neceſſario res: pōt videri abſqꝫ hoc ꝙ videa tur res i ea. Unde ſi eſſet mediū diſtincte repreſentās rō ꝯcluderet. Hec Her. ⁊ male quo ad h̄ qḋ dicit: ꝙ di uina eēntia nō eſt mediū rep̄ſentās creaturas diſtīcte mō expoſito ſupra. Dōm eſt ergo aliter ꝙ lꝫ vidēs di uinā eſſentiā per idē mediuꝫ videat deum diſtincte. ⁊ creaturā diſtincte: qꝛ diuina eēntia eſt ꝓpria rō cuiuſli bet creature: tn̄ tale mediū aliter ſe hꝫ ad oſtendendū deum ⁊ oſtendenduꝫ creaturas. Et iō neceſſario offert deū: nō aūt neceſſario offert quālibet creaturā cuilibꝫ itellectui eā videnti: ſed ſolū intellectui diuino: nō aūt creato. De hoc ſcūs Tho. de v̄itate. q. 20. ar. 5.) In co gnoſcendo (inquit) duo ſunt ꝯſideranda. ſ. illud qḋ co gnoſcitᵗ ⁊ modus cognoſcēdi. In quorꝫ vno ꝯtingit q̄li qꝫ aliqs ꝯuenire qui in altero differūt: ſicut cuꝫ vnū ⁊ ideꝫ eſt qḋ a diuerſis cognoſcitur: ab vno tn̄ minus: ab altero magis. Id aūt qḋ per ſe offerᵗ ad cognoſcenduꝫ pertinet ad id qḋ cognoſciᵗ. Quod aūt in alio cognoſci tur: pertinet ad modū cognoſcēdi eius: in quo cognoſci tur. Sicut ſi aliqs cognoſcat aliqḋ pnᵐ: ⁊ in eo accipiat cognitionē aliquarū ꝯnū cognitio ꝯcluſionuꝫ depēdet ex mō cognoſcendi pncipiū. Q̄to eni aliquis pnᵐ perfe ctius cognoſcit: tanto plures ꝯnes in eo intueᵗ. Sed q̄n tūcūqꝫ pnᵐ tenue cognoſcat: ſemꝑ ſubſtātia ipſius pn cipȳ remanet ei cognita: ⁊ iō eius cognitio nō determi nat aliquē modū cognoſcendi: ſicut determinabat co gnitio ꝯnū: que in eo cognoſcebanᵗ. Et inde eſt ꝙ eorꝫ quibus offerᵗ vnum ⁊ idē pnᵐ. omnes ipſam ſubſtan tiam pncipȳ cognoſcunt: non aūt equales numero: nec eaſdē ꝯcluſiones. Sed in hoc differūt ſicut ⁊ in modo cognoſcendi pnᵐ. Omnes aūt qui deū per eēntiā vidēt dr̄ totā eſſentiā dei videre: qꝛ nihil eſt eſſentie qḋ ab aliquo eorꝫ nō ſit viſum: cum eēntia diuina partes nō habeat: nō tn̄ oēs eam totaliter vidēt: ſed ipſe ſolus ſe totaliter videt. vt. ſ. modus cognoſcentis adequeᵗ mō rei cognite: q̄ta eni eſt cognoſcibilitas diuine eſſentie tanta eſt efficacia diuini itellectus in cognoſcēdo. Nō aūt pōt hoc dici de aliquo intellectu tantorꝫ iō nullus intellectus creatus ꝑtingit ad hoc vt ita ꝑfecte videat diuinā eēntiā ſicut ipſa viſibilis eſt: eadem rōne nullus intellectus creatus eā ꝯprehēdere pōt: ſed inter intelle ctus creatos vnus alio perfectius diuinā eēntiā videt. Et ita pꝫ ꝙ ex quo cognoſcere aliquid in v̄bo depēdet ex mō cognitiōis verbi: ſicut impoſſibile eſt ꝙ itellus creatus pertingat ad perfectū modū cognoſcēdi v̄buꝫ vt cognoſcibile eſt. ita impoſſibile eſt vt aliqs itellect⁹ creat⁹ cognoſcat oīa: que in verbo cognoſci pnt. Et hec ſunt oīa que deus pōt facere. Unde impoſſibile eſt ꝙ aīa xp̄i ſciat oīa q̄ deus pōt facere: ſicut ipoſſibile eſt ꝙ ꝯprehendat diuinā virtutē. Tūc. n. vnaqueqꝫ res ꝯpre hendiᵗ qn̄ eius diffinitio ſciᵗ: diffinitio. n. eſt virtus cō prehendens rem. Cuiuſlibet aūt virtutis diffinitio ſu mitur ex his: ad que virtus ſe extendit. Unde ſi aīa xp̄i ſciret oīa: ad que virtus dei ſe extendit cōprehēde ret virtutem dei qḋ eſt oīno ipoſſibile.) Hec ille. Item ꝓpinquius ad ꝓpoſitū ibidē in ſolone p̄ ſic dicit. (Quic quid deus pōt facere eſt minus q̄ ipſe deus: ⁊ facilius poſſet ab aīa xp̄i cognoſci ſi aīe xp̄i per ſe offereᵗ quic quid deus poteſt facere: ſicut per ſe ei p̄ſentaᵗ ipſe de⁹. Nūc aūt ea que deus pōt facere vel que fecit nō offe runᵗ aīe xp̄i in ſeipſis: ſed in verbo. ideo rō nō ſeqᵗ.) Itē in ſolutiōe ſecūdi ſic dicit. (Semper id per quod alterū cognoſciᵗ ſe hꝫ in rōne magis noti: ⁊ iō quāuis ſm aliquē modū cognoſcendi creatura ſit magis nota quo ad nos q̄ deus. tn̄ in illo mō cognitionis: quo res videnᵗ in verbo: ipſum verbū eſt magis notum q̄ res viſe in verbo.) Hec ille. Itē ꝑfectius ad ꝓpoſitum re deundo ꝓpter quid ſic dicit. 3° ꝯtra Gēn. ca. 56. in fine (Poteſt aūt (inquit) aliqs obȳcere ꝯtra p̄dicta: qꝛ dei ſubſtantia eſt aliquid maius q̄ omnia: que ipſe facere vel intelligere vel velle pōt preter ſeipſum. vnde ſi in tellectus creatus dei ſubſtantiam videre poteſt: multo magis poſſibile eſt ꝙ omnia cognoſcat: que deus p̄ter ſeipſum intelligit vel vult vel facere poteſt. Sed ſi di ligenter cōſideretur: nō eſt eiuſdē rōnis aliquid cogno ſci in ſeipſo. ⁊ in ſua cauſa. Quedam eni ſunt in ſeipſis de facili cognoſcibilia: que tamen in ſuis cauſis nō de facili cognoſcuntur. Uerū eſt ergo ꝙ maius eſt intelli gere diuinam ſubſtantiam q̄ quicquid eſt aliud p̄ter ipſum qḋ in ſeipſo cognoſci pōt. Perfectionis autēꝫ co gnitionis eſt cognoſcere diuinā ſubſtantiaꝫ ⁊ in ea oēs eius effectus videre q̄ cognoſcere diuinā ſubſtantiam ſine hoc ꝙ videantur eius effectus in ipſa. Et hoc qdeꝫ ꝙ diuina ſubſtantia videaᵗ abſqꝫ cōprehēſione ipſius

Nō cognoſcitᵗ i alio ꝑti net ad modū cognoſcendi ei⁹: i. quo co gnoſcitᵗ.

Aīa xp̄i non pōt ſcire oīa q̄ de⁹ pōt fa cere

fieri pōt. Qꝛ aūt oīa que per ipſaʒ īt elligi pñt cognoſcuntur: hoc abſqꝫ cōprehenſione non pōt accidere vt ex p̄dictis apparet.) Hec ille. Que valēt multū ad intellm oium precedentiū ⁊ ſequentiū potiſſime q̄uo illa cōditionalis ē vera. Si intellꝰ creatus videt in diuina eēntia vel in verbo oīa que deus pōt facere ipſe pfecte cōprehēderet verbū vel diuinā eſſentiā. Iſta aūt ꝯditionalis eſt falſa. Si intellus creatus videret in ſeipſis oīa que deus pōt facere ipſe pfecte cōprehenderet diuinā eſſentiā vel verbū. Lꝫ dictū ſit ꝙ illo mō videndo oīa creabilia vel deo poſſibilia aliquo mō cōprehenderet diuinā eſſentiā: ſed nō perfecte. Sed de hoc inferius plura dicenť: lꝫ hec ſit clauis ad intelligendum oīa ſequētia. Ex quibꝰ pꝫ ad argumentū ⁊ ad oīa ſilia. ❡ Ad q̄rtum pꝫ reſponſio per p̄dicta: qꝛ qui tot videt in verbo quot verbū: eque perfecte ⁊ limpide videt verbū: ſicut verbum videt ſeip̄m. De hoc ſcūs Tho. de veri. vbi ſupra arguit ſic. (Quāto aliqd perfectiꝰ cognoſciť tāto plura in eo cognoſcunť: ſed deus perfectius cognoſcit ſeip̄m q̄ꝫ anima chriſti ergo plura cognoſcit in ſeipſo q̄ꝫ anima chriſti cognoſcat in verbo. Sed deus nihil aliud cognoſcit in ſe q̄ꝫ qđ eſt vel fuit vel futuruʒ eſt: vel potuit eſſe vel fuiſſe vel futurū eē. ergo aīa xp̄i nō cognoſcit omnia iſta.) Iteꝫ ibidē. (Si anīa xp̄i ſcit quicqd deus poteſt facere. tunc omne illud qđ deus facere pōt ad aīam xp̄i terminať. Sed aīa xp̄i eſt finita: cum ergo deus infinita poſſit facere: ſequiť ꝙ infinitum terminetur ad finitū: qđ eſt impoſſibile: ergo ⁊ p̄mū. ſ. ꝙ aīa xp̄i poſſit ſcire quicquid deꝰ pōt facere ⁊ ſcire.) ❡ Ad q̄ntū dř ꝙ diſſimilitudo quā arguēs adducit nō valet: nec īfringit probationē ſancti Tho. De hoc ſcūs Tho. de veritate. q. 20. arti. 4. ſic dicit. (Intelligere oꝫ quid eſt dictu aliquid in verbo videre. Sciendaʒ ergo ꝙ nihil pōt videri in aliquo niſi illo mō quo eſt in illo. Cōtingit aūt aliqua multa eſſe in vno dupľr. Uno mō diuiſim ⁊ pluraliter: ſicut plures forme reſplēdēt in ſpeculo vnaqueqꝫ diuiſiꝫ: ⁊ ſic plures hoīes ſunt in domo. Alio mō vniformiter ⁊ ſimplr: ſicut plures effectꝰ ſunt virtute in cauſa: vt etiam cōcluſiones in p̄ncipio: ⁊ mēbra in ſemine. Quicunqꝫ ergo aliquid intueť: ꝯſequēs eſt vt illa videat que in eo ſunt multiplr ⁊ diuiſim: eo ꝙ vnūqđqꝫ eoꝝ ita offerť ſicut ⁊ illud vnū in quo cōtinenť: ⁊ pro tanto qui videt ſpeculuꝫ: videt formas in ſpeculo reſultantes. Sed qui videt aliquid vnum: non oꝫ ꝙ videat omnia illa que ſunt in eo vniformiter ſeu vnite niſi quando totā virtutē illius vnius comprehendit: ſicut q videt aliqđ p̄n^m: nō opꝫ ꝙ videat omnes cōcluſiones virtute in eo exiſtentes: niſi forte illud comprehendat. Res aūt create ſunt in deo non quidē multipliciter: ſed vnite vt dicit Dionyſius. Unde cum dicitur res eſſe in deo magis aſſimilať illi mō quo effectꝰ ſunt in cā. ⁊ ꝯcluſiōes in p̄ncipio: q̄ꝫ illo modo quo forme ſunt in ſpeculo. Et ideo non opꝫ ꝙ quicunqꝫ videt verbum: videat oīa que verbum in ſeipſo videt vt quidam dixerunt afferentes exemplum de formis que videntur in ſpeculo viſo. Ipſum enim verbum ſeipſum cōprehendit. Unde omnia que in eo virtualiter ⁊ vnite ſunt cognoſcit ſe vidēdo. Intellectus aūt creati: qui verbum non comprehendunt: nō opꝫ ꝙ videndo verbum oīa videant que in verbo ſunt.) Hec ille. Ex qbꝰ pꝫ ꝙ cūꝫ res create nō ſunt diſtincte nec multipliciter in deo: ſed ſimplr ⁊ vnite: nec rōnes rerū in deo ſint diſtincte: ſꝫ vnite: ⁊ potius ſunt in deo illo modo quo cōcluſiones ſunt in p̄ncipio q̄ꝫ illo mō quo plures forme ſunt in ſpeculo: nō opꝫ ꝙ videns verbū videat oīa que

Qui videt aliqd: i q̄ ſūt aliq diuiſim vt forme i ſpeclo: v. det oīa illa ſecꝰ ſi ſīt i eo vniformiter ⁊ vnite vt ꝯcl'ones i p̄ncipio.

ſunt in verbo. Cum aūt dicit arguens ꝙ deus eſt rō cognoſcendi ſimul ⁊ diſtincte oīa in eo relucētia ⁊c. Dicitur ꝙ verū eſt reſpectu intellectus diuini comprehendentis: non aūt reſpectu alterius: cuꝰ rō ſepe dicta eſt. Ad hanc rōnē ſic reſpondet Ber. de gānaco. d. Ad aliđ aūt qđ dicit de cōmuni p̄ncipio ꝯcloņū. Dōꝫ: ꝙ ſimile eſt: qꝛ ſicut p̄n^m nō rep̄ntat q̄ꝫtū eſt de ſe ſeorſuꝫ ⁊ diſtincte ꝯcl'ones: ſic nec diuina eēntia creaturas. Sꝫ ſic q p̄n^m cognoſcit ꝯprehenſiue cognoſcit oēs ꝯcl'ones: ſic intellectus diuinus qui cōprehendit eēntiā ſuā: cognoſcit diſtincte oēs creaturas: que pñt imitari diuinā eēntiam. Et ſicut qui p̄n^m cognoſcit inquātuꝫ p̄n^m paucas ꝯcl'ones in eo videt: ⁊ qui nude cognoſcit p̄n^m nō pp̄ h̄ diſtincte aliquā ꝯcluſioneʒ cognoſcit in eo vt dcm̄ eſt: ita qui cognoſcit nude diuinā eēntiā: nō opꝫ ꝙ aliq̄ videat in ea diſtincte niſi ipſaʒ pfectionē diuinā: que vna ⁊ ſimplex eſt. Qui aūt cōprehendit eā: videt omnia ſꝫ que imitabilis eſt. Qui aūt nō cōprehēdit: nec nude ſolum videt eaʒ: ſed quaſi ſub rōne idee: videt aliqua in ea. Et qui pfectius vel ſub rōne pluriū idearum videt plā in ea: lꝫ p̄n^lis btitudo ſit i viſiōe diue eēntie vt eēntia diuina eſt: nō vt idea: qꝛ nō pp̄ creaturas: quas quis videt in deo beatior eſt ſm Aug. Hec Ber. ⁊ male quo ad aliq̄. Primo in hoc qđ dicit ꝙ diuina eēntia nō rep̄ſentat diſtincte creaturas. Si. n. intelligeret ſic ꝙ diuina eēntia nō repreſentat diſtincte ex p̄te rep̄ntātis: lꝫ rep̄ntet diſtincte ex p̄te rep̄ntabilis veꝝ dicet: ſꝫ nō ſic ipſe intelligit ideo male. De hoc. S. T. de veritate. q. 20. arti. 5. ſic dicit. (Quidaʒ dixerūt ꝙ non ſolum anīa xp̄i ſed etiā quelibet aīa beata videt in verbo q̄cqd in eo videri poteſt: hoc eſt non ſolum ea: que ſunt vel erunt vel fuerunt: ſed etiaʒ que deus poteſt facere. Qui quidem in hoc decepti ſunt: ꝙ eſtimabant modum vidēdi res in verbo ſimilem modo videndi res in ſpeculo mālī: in quo imagines ſecundū ſuam multitudinem ⁊ diuerſitatem reſultant. In deo autem rerū rōnes ſunt vnite ⁊ ſimpliciter. vt dicit Dionyſius. Si autem eſſent in eo per viam multitudinis ⁊ diuerſitatis tunc omne qđ in eo cognoſci poteſt: eo viſo cognoſceretur: ⁊ ita ab omnibus videntibꝰ deum per eſſentiā omnia viderentur: cum omnia iſta in deo cognoſci poſſint ⁊c.) Hec ille. Ex qbus pꝫ ꝙ diuina eſſentia non repreſentat creaturas diſtincte diſtinctione ſe tenente ex parte rep̄ſentantis. Qꝛ autem repreſentet creaturas diſtinctione ex parte repreſentatoꝝ ſe tenente oſtendit ſanctus Tho. de veritate. q. 12. arti. 6. in fine di. Quāuis deus ſit oīno vniformis: tamen in eo rerum cognitio diſtincte accipi poteſt: prout ipſe eſt ratio vniuſcuiuſqꝫ.) Hec ille. Secundū: in quo deficit ſolutio Ber. eſt: qꝛ ponit ꝙ diuina eſſentia vt talis eſſentia nude accepta ſine reſpectu ideali non repreſentat diſtincte creaturā. Huius enim falſitas apparet ex ſtatim allegatis: ⁊ ex multis ſuperiꝰ dictis: qꝛ diuina eēntia vt talis eēntia ſine aliquo reſpectu ſuperaddito eſt ꝓpria rō oīum creabiliū: lꝫ non ſit adequata alicui creato vel creabili. Alia que dicit ſtare poſſunt. ❡ Ad ſextū reſpondet Ber. d. Ad illud qđ dicit de Augu. ꝙ eſſentia eſt ſpeculū voluntarium. ſingle qđ dupľr pōt intelligi: vel qꝛ dicit ſpeculū volūtariū: qꝛ ſi vult videť: ſi nō vult non videť. vel loquiť de cognitione qua cognoſciť in via: qꝛ tūc reuelat ſe ſanctis quantū vult. Iſti aūt duo modi non pñt poni ſm intētionem Augu. ⁊ vt verba ſonant. primo modo verum eſt ꝙ eſſentia diuina nō videť ab aliquo niſi velit. Sꝫ tamē in hoc ꝙ ipſa videť vt eēntia nō hꝫ rōnem ſpecculi: ſed magis rōnem directe viſi. Speculum eniʒ eſt illud

Nō eodē videt res i verbo q̄ diſtīcte forme i ſpeculo. De eodē paulo. ſ.

illud in quo aliquid videtur. Si ergo fuiſſet talis intellectus Auguſt. ſicut iſte dicit: non dixiſſet ꝙ eſſentia eſt ſpeculū voluntariū: ſed ꝙ eſt res viſa voluntaria: vel obiectū voluntariū. Sed qꝛ eſſentia diuina ſub ratione qua ſpeculū eſt .i. ſub ratione qua in ea relucent creature voluntarie oſtendit ſe: ideo quantū ipſa vult: tantū in ea intellectus creatus ſpeculatur. Uel ſi vult nihil niſi eſſentiā diuinā vel aliqua ſicut placꝫ ei. Itē ſcḋo intellectꝰ eſt minus rōnalis quē īponit Augu. ⁊ falſe: qꝛ eſſentia diuina reſpectu cognitionis vie nullā hꝫ rōnē ſpeculi: imo magis ipſe creature: in quibus relucet aliqua ſimilitudo diuina rōnē ſpeculi hñt. Unde ⁊ cognitio q̄ habetur de deo per creaturas dicit̄ ſpecularis. Unde cū in via nō cognoſcamus creaturas per diuinā eēntiam: ſed ecōtra diuinā eſſentiā per creaturas: nō pōt dici ꝙ eſſentia diuina reſpectu reuelationis ſanctoꝝ ſit ſpeculum: ꝓcipue cū ſancti in via nō videant deum per eēntiam. Hec Her. Et ſatis ꝯformiter dictis. S. T. de veritate. q. 12. arti. 6. vbi querit. Utrū ꝓphete videant in ſpeculo eternitatis. dicit enim ſic. (Speculum ꝓprie loquendo inuenit̄ in rebus materialibus: ſed in rebꝰ ſpiritualibus per quādam tranſumptionē dicit̄ per ſimilitudinē acceptam a ſpeculo mālī. vt. ſ. in rebus ſpiritualibus dicatur eſſe ſpeculū illud: in quo alia repreſentāt̄: ſicut in ſpeculo materiali apparent forme rerū viſibilium. Sic ergo dicunt quidā ipſam mētem diuinā: in qua omnes rerū relucent rōnes eſſe ſpeculū quōdam ⁊ dici eternitatis ſpeculū ex hoc ꝙ eſt eternū .i. q̄ſi eternitatem habens. Dicunt ergo ꝙ iſtud ſpeculum pōt videri dupliciter. Uel ſm eſſentiam ſuā ſm ꝙ eſt beatitudinis obm: ⁊ ſic nō videt̄ niſi a beatis vel ſimplr vł ſm quid: ſicut eſt in raptu. Uel prout in eo reſultant rerum ſimilitudines: ⁊ ſic ꝓprie videt̄ vt ſpeculum: ⁊ hō modo dicunt ſpeculū eternitatis viſū a beatis angelis ante ſuā beatitudinē: ⁊ a prophetis. Sꝫ hec opinio nō videtur rationalis ꝓpter duo. Primo qꝛ ipe ſpecies rerum in mente diuina reſultantes non ſunt aliud ſꝫ rē a diuina eſſentia: ſed hꝫ ſpēs vel rōnes diſtinguunt̄ in ipſa ſm diuerſos eius reſpectus ad creaturas diuerſas. Cognoſcere ergo diuinam eſſentiam ⁊ ſpecies in illa reſultantes nihil eſt aliud q̄ꝫ cognoſcere ipſam in ſe: ⁊ relatam ad aliud. Prius eſt autē cognoſcere aliquid in ſe q̄ꝫ put eſt ad aliud cōparatum. vnde viſio qua videtur deus: vt eſt rerum ſpecies p̄ſuppōit illā qua videt̄ in ſe vt eſt eſſentia quedā ſm ꝙ eſt beatitudinis obm. vnde impoſſibile eſt ꝙ aliquis videat deum ſm ꝙ eſt ſpēs rerū: ⁊ non videat eū ſm ꝙ eſt beatitudinis obꝫ. Scḋo qꝛ ſpēs alicuius rei inuenit̄ in aliquo dupliciter. Uno modo ſicut p̄exiſtens ad rem: cuius eſt ſpēs. Alio modo ſicut a re ipſa reſultans. Illud ergo in quo apparent ſpēs rerū vt p̄exiſtentes ad rem non pōt ꝓprie dici ſpeculū: ſed magis exēplar. Illud aūt ſpeculum dici pōt in quo reꝝ ſimilitudines a rebus ipſis reſultāt. Qꝛ ergo in deo ſunt ſpēs vel rōnes rerū vt p̄exiſtentes ad reꝫ: ⁊ nō vt ab ipſis rebus reſultātes: nuſquā inuenitur dictum a ſanctis ꝙ deus ſit rerū ſpeculū: ſed magis ꝙ ipſe res create ſint ſpeculum dei. 1. Corin. 13. Uidemus nunc per ſpeculū in enigmate. Et ſic ēt filius dr̄ ſpeculum patris: put a patre in ipſo ſpēs diuinitatis recipit̄ vel reſpicit̄ ſm ꝙ habet̄ ſapi. 7. candor enim eſt lucis eterne ⁊ ſpeculum ſine macula. Qḋ igit̄ dicitur a magiſtris ꝓphetas videre in ſpeculo eternitatis: nō ſic intelligendum eſt quaſi ipſum deum eternū videant: put eſt ſpeculum rerū: ſed qꝛ aliquid creatum intuētur: in quo ipſa eternitas dei repreſentatur: vt ſic ſpeculū eternitatis intelligat̄: non ꝙ eſt eternum: ſed ꝙ eſt eternitatem repreſentans.) Hec ille. Ex qbus pꝫ ꝙ nec beati nec viatores vident creaturas in deo ꝓprie loquendo vt in ſpeculo.

Deꝰ nō pōt dici ſpeculū creature ſed exēplar econuerſo ſꝫ creature dr̄r ſpecula dei.

¶ Ad ea que finaliter dicit arguens reſpondet Her. d. De alijs aūt que deus proponit facere. verū dicit ꝙ non vident̄ ab omnibus. Ex quo pꝫ cōtradictio in dictis ſuis implicita. qꝛ ſi eſſentia diuina eſſet ſpeculum neceſſarium neceſſario oſtendens quicquid relucet in ea diſtincte: tunc oſtenderet illud: qḋ ꝓponit facere. i. ꝓpoſitū ſuū: qḋ eſt idem cum ipſo: ⁊ ꝯditiones ꝓpoſiti: que vt ſunt in eo ſunt idē qḋ ipſe. Ergo cū ipſe ponat hoc ꝙ eſſentia diuina talis nō rep̄ſentat neceſſario: qꝛ videri pōt ſine iſtis. opꝫ ꝯcludere: qꝛ nec alia repreſentat neceſſario ⁊ diſtincte intellectui ipſā nō comprehendēti. Qḋ aūt dicit p̄ᵐ. ſ. videri omnia in deo pertinet ad eſſentiam beatitudinis. Contra. Augu. eſt in libro ꝯfeſſionū qui dicit: ꝙ ꝓpter illa nō eſt qs beatior. Si aūt deū ſine illis viderit expſſe dicit ꝙ beatus eſt. ergo videre aliq̄ꝫ creaturā in deo nō ꝑtinet ad eēntiam beatitudinis. Hec Her. ⁊ ſatis conformiter dictis S. T. de v̄itate. q. 8. arti. 4. in ſolutione 12. vbi ſic dicit. (Quāuis nulla cognitio creature ſit de ſubā beatitudinis q̄ſi beatificās: tn̄ aliqua cognitio creature pertinet beatitudinē q̄ſi neceſſario ad aliquē actū beati ⁊c. vt ſupra recitatū fuit. Et iſta ſufficiūt ad obta Godofredi pro nunc. ¶ Ad obta Durandi ꝯ eādē ꝯnē dr̄ p̄mo: ꝙ res creati nō rep̄ſītant̄ in diuina eſſentia ſicut res obiec videntur in ſpeculo. et de hoc ſatis habitū eſt in p̄dictis. Dr̄ 2ᵒ ꝙ res create vel creabiles rep̄ſentant̄ in diuina eēntia ſicut ꝯnes determinate in vli principio. ſ. ſic vle non ſolum ſm p̄dicationē vel abſtractionē: ſed etiā ſꝫ virtutē: ⁊ hoc quo ad aliqua: ſꝫ quo ad alia ſit diſſimilitudo. Nec vꝫ argᵐ in oppoſitū: qꝛ maior eius eſt falſa. Qui enī ꝑfecte cognoſcit aliqḋ vle p̄nᵐ ſyllogiſticū: ſtatim illo cognito cognoſcit in illo multas ꝯcl̄ones ſine applicatiōe ⁊ ſumptiōe ſub illo. Sed arguens videtur deceptus fuiſſe in hoc ꝙ non diſtinxit inter hoc qḋ eſt nō cognoſcere ꝯcl̄onē in p̄ncipio: ⁊ hoc qḋ eſt cognoſcere ꝯcl̄onē ex p̄ncipio: q̄ tamē multū dr̄nt. Et in ſcḋo ſigdeꝫ veꝝ eſt: ꝙ ꝯcl̄o nō cognoſcit̄ ex p̄nᵒ niſi ꝑ ſumptionem minoris ſub ipſo ⁊ deductionē ſyllogiſticā: ſꝫ hō nō opꝫ eē in p̄mo. De p̄dictis ſctūs Tho. de v̄itate. q. 8. arti. 15. vbi ſic dicit. (Differt cognoſcere aliqḋ in aliquo et aliqḋ ex aliquo. Qñ. n. aliqḋ in aliquo cognoſcit̄. vno motu fert̄ cognoſcēs in vtrūqꝫ: ſicut pꝫ qñ aliquid cognoſcit̄ in aliquo vt in forma cognoſcibili: ⁊ talis cognitio nō eſt diſcurſiua. Nec differt ad hoc: vtrū aliquid videat̄ in ꝓpria ſpē vel aliena. Uiſus. n. non dr̄ ꝯferre vidēdo lapidē ꝑ ſpēm a lapide acceptā: neqꝫ vidēdo lapidē ꝑ ſpēm eius in ſpeculo reſultantē. Sꝫ tunc dr̄ aliquid cognoſci ex aliquo quando non eſt idē motus in vtrūqꝫ: ſꝫ p̄mo mouet̄ intellectus in vnū: ⁊ ex hoc mouetur in aliud. Unde hic eſt qdaꝫ diſcurſus: ſicut pꝫ in demōſtrationibus. p̄mo. n. intellectus fert̄ in p̄ncipia tm̄: ⁊ ſcḋario ꝑ p̄ncipia in ꝯcl̄ones.) Hec ille. Eādē diſtinctionē ponit p̄ma pte. q. 14. ar. 7. vbi ſic dit̄. (Procedētes a p̄ncipijs ad ꝯcluſiones nō ſimul vtrūqꝫ ꝯſiderāt: qꝛ diſcurſus talis eſt ꝓcedētis de noto ad ignotū. vnde manifeſtū eſt ꝙ qñ cognoſcit̄ p̄ᵐ adhuc ignorat̄ ſm: ⁊ ſic ſm nō cognoſcit̄ in p̄mo: ſꝫ ex p̄mo. Terminus vo diſcurſus eſt qñ ſm videt̄ in p̄mo reſolutis effectibus in cāſ: ⁊ tunc ceſſat diſcurſus.) Hec ille. Itē. q. 58. ar. 3. ſic dicit. (Inferiores intellectus hoīm per quēdā motū ⁊ diſcurſum itellectualis opōnis ꝑfectionē ⁊ cognitionē veritatis adipiſcunt̄. dum. ſ. ex vno cognito in aliḋ

Cognoſcere aliqḋ in aliq̄ ⁊ cognoſcere ex aliq̄ qd.

cognitū ꝓcedant. Si aūt ſtatim in ipſa cognitiōe ꝑncipij inſpicerent q̄ſi nota omnes ꝯcluſiones ꝯſequentes in eis diſcurſus locū nō haberet. Et hoc eſt in āgelis: q2 ſtatim in illis: que primo nāliter cognoſcunt inſpiciunt oīa quecunqꝫ in eis cognoſci poſſunt. Et iō dicuntur intellectuales: q2 etiā apud nos que ſtatim nāliter apprehendunť intelligi dicunť. vnde intellꝰ dr̄ habitus primoꝝ principioꝝ. Aīe vō humane que veritatis noticiā per quendā diſcurſum acquirūt: rōnales vocanť. qđ quidem ꝯtingit ex debilitate itellectualis luminis in eis. Si enim hērent plenitudinē intellectualis luminis ſicut angeli: ſtatim in ꝑmo aſpectu ꝑncipioꝝ totam virtutem eorum comprehenderēt intuēdo quicquid ex eis ſyllogiçari poſſet.) Hec ille. Sile dicit arti. 4. Item de veritate. q. 8. arti. x. ſic dicit. (Qui ē eleuationis intellectus ex paucis ꝑncipijs penes ſe retentis hꝫ in ꝓmptu ꝓcedere ad varias ꝯcluſiones: ad quas ꝑuenire nō pñt qui ſunt hebetioris ingenij niſi per varias inductiones ꝛ per ꝑncipia particulariter coaptata ꝯcluſionibus. vñ cum in deo ſit ꝑfectiſſima virtus ꝛ puritas actus: ipſe per vnū qđ eſt eſſentia ſua oīa operať: ꝛ oīa cognoſcit efficaciſſime. Ab ipſa aūt effluunt rōnes reꝝ intelligibiliū in angelis: non quidē ad cāndum res: ſed ad cognoſcendū. vnde quāto in angelo fuerit plus de actu ꝛ minus de potentia: tanto emanatio hꝫ rōnū minus in ipſo multiplicať: ꝛ virtꝰ eius cognitiua erit efficacior. Et ſm hoc ſuperiores angeli cognoſcūt res ꝑ formas magis vles q̄ inferiores.) Hec ille. Silia ponit pͥ pte. q. 55. arti. 3. d. (Quāto angelus fuerit ſapior: tāto per pauciores ſpēs vniuerſitatē intelligibiliū apphēdere poterit. ꝛ iō opꝫ ꝙ eiꝰ forme ſint vliores q̄ſi ad plura ſe extendentes vnaqueqꝫ earū. Et huiꝰ exēplū in nobis ꝑſpici pōt. Sunt. n. quidā qui veritatē intelligibilē capere nō pñt niſi eis particulatim per ſingula explicet: ꝛ hoc ex debilitate itellectus eoꝝ ꝯtingit. Alij vero qui ſunt fortioris intellectus ex paucis multa capere pñt.) Hec ille. Itē ibidē in rñſiōe ad 2ᵐ ſic dicit. (Cognoſcere aliquid in vniuerſali dr̄ dupl'r. Uno mō ex pte rei cognite. vt. ſ. ſolū cognoſcať vlis natura rei: ꝛ ſic cognoſcere aliquid in vli eſt imperfectius: imperfecte enim cognoſceret hoīem: qui cognoſceret de eo ſolū ē ꝙ aial. Alio modo ex parte medij cognoſcēdi: ꝛ ſic perfectius eſt cognoſcere aliquid in vli. perfectior enim eſt intellectus qui ꝑ vnū vle mediū pōt ſingula ꝓpria cognoſcere q̄ ꝗ nō pōt.) Hec ille. Ex quibus pꝫ falſitas maioris argumenti in oppoſitū deducti. ꝛ ꝙ itellectus ꝑfectus ꝛ eleuatus per vnū vle ꝑnᵐ ſyllogiſticū pōt multas cognoſcere ꝯclōnes ſine aliqua ſumptione ꝛ applicatione facta ſub ipſo. Et ſic reſtat ꝙ modus quo creature videntur in diuina eſſentia: aſſimilať illi modo quo ꝯcluſiones videnť in ꝑncipio: ſed non illi modo quo videntur ex ꝑncipio. Dr̄ 3ᵒ ꝙ dato ꝙ res create repñtenť ī diuina eſſentia eo modo quo cā repñtat effectū: ex hoc nō ſequiť: ꝙ videns diuinā eſſentiā neceſſario videat oēs quidditates reꝝ creabiliū in diuina eēntia quantū ad id qđ ſunt ſicut dicit arguēs. Nec valet ſua ꝓbatio: q2 maior argumēti eſt falſa. Nec valet ꝓbatio eius quia lꝫ nō ſit īpedimētū ex parte diuine eſſentie repñtantis eſt tñ defectus ex pte intellectus creati: qui nō vniť diuine eēntie ſm totū ſuū poſſe: nec vt eſt rō ꝛ ſpecies oīuꝫ: vt ſepe dictū fuit ſꝑus. Nec valet qđ dicit arguens ꝙ ſi intellectus poteſt in diuinā eſſentiā omnia repñſentantē pōt in omnia per eā repñſentata. huius enim ꝯñe nullitas ſuperius eſt oſtenſa. Unde ſcūs Tho. pͥ pte. q. 12. arti. 8. in ſolōne tertij ſic dicit. (Licet ſit maiꝰ videre deū q̄ omnia alia: tñ maius eſt ſic videre deū ꝙ oīa alia in eo cognoſcanť: q̄ videre ſic ipſum: ꝙ nō oīa ſeu pauciora vel plura in eo cognoſcanť. Jam enī oſtēſum eſt ꝙ multitudo cognitoꝝ in deo ꝯſequiť modum videndi ipm: vel magis perfectum vel minus ꝑfectum.) Hec ille. Itē de veritate qōne. 20. arti. 5. in ſolōne ſecūdi ſic dicit. (Semꝑ illud per quod alteꝝ cognoſciť ſe hꝫ in rōne magis noti ꝛc̄). vt ſꝑus recitatū fuit cū multis alijs ad hoc ꝓpoſitū facientibus. Dr̄ 4ᵒ ꝙ diſtinctio quā facit arguēs. ſ. ꝙ vidēs deū cognoſcit oīa creabilia q̄ntum ad illud ꝙ ſunt: ſed non an ſint non valet. De hõ Aureo in ſuo quolibet. q. 10. cōtra Durandū arguit ſic. Illa (inquit) videntur eque neceſſario viſa in diuina eēntia: que eq̄li neceſſitate ꝛ īmutabilitate repñtantur in ipſa. Sed ſtante determinatione diuine voluntatis ad exiſtentiā vel nō exiſtentiā alicuiꝰ rei diuina voluntas ꝛ ſua ḋterminatio eque īmutabilis eſt reſpectu exiſtentiaꝝ: ſicut eēntia reſpectu quidditatū. ꝗ beatus eq̄ neceſſario videndo diuinā volūtatē ꝛ eiꝰ ḋterminationē cognoſcit reꝝ exiſtētias vel nō exiſtētias: ſicut vidēdo diuinā eēntiā vidt quidditates. Cōfirmať: q2 eēntia ꝛ voluntas ꝛ nutus ſeu determinatio volūtatis idē ſūt in deo: ꝛ ideo btūs totū videt: ꝛ per ꝯñs ſicut videt repreſentata per eēntiā: ſic determinata ꝑ voluntatē. Jꝫ. Aut deus cognoſcit reꝝ exiſtentias cognoſcēdo determinationē ꝛ nutum ſue voluntatis: aut cognoſcit eas ex hoc ꝙ eſt eaꝝ ſimilitudo eminens ꝛ exēplar ſicut et quidditatū. Sed nō pōt dici pͥᵐ. q2 tunc non cognoſceret mala ꝛ pctā: cū voluntas dei non determinet voluntatem creatā ad peccādū. imo ipſa ſe ꝑdeterminat. vnde nō ſe hꝫ diuina volūtas ad talia niſi ꝑmiſſiue: ꝛ ꝑ ꝯñs nō pōt deꝰ determinate cognoſcere per ſuā ꝑmiſſiones ad quā partem ſe determinat creata volūtas: cuꝫ vtrāqꝫ partē ꝯtradictionis deus ꝑmittat. Rurſus ſi cognoſceret deus res eſſe vel nō eē ex ſola determinatiōe ſue volūtatis: iaꝫ nō cognoſceret reꝝ exiſtētias in ſe: ſꝫ potius quaſi arguitiue ex eaꝝ cā. Iterum ſi cognoſceret ꝑ hūc modū deus res eſſe vel nō eſſe. ſ. cognoſcēdo nutum ꝛ determinationē ſue volūtatis: cū beati videant diuinā eēntiā cū volūtate ꝛ quicquid eſt reale in deo: oporteblt ꝙ videant res exiſtere vel nō exiſtere ꝑ illā determinationē. Relinquiť ꝗ ꝙ deus videat exiſtētias reꝝ inquātū ſua eēntia eſt ſilitudo eminēs ꝛ exēplar nō ſolū quidditatū: ſꝫ ēt exiſtētiarū: ꝛ per ꝯñs equali neceſſitate videbūt beati exiſtētias ſicut quidditates. Si dicatur ꝙ determinatio diuine voluntatis ꝛ ſi ſit eadē cuꝫ diuina eſſentia: differt tñ rōne: ꝛ vt ſic differēs pōt occultari btīs. Non valet. Primo quidē q2 determinatio ꝑdicta ꝓut eſt cā exiſtētiarū eſt quid reale: alioquin ens rōnis eēt cā entis realis efficiēs vl ꝓductiua: qđ eſt impoſſibile. Scđo q2 oē ens rōnis fundať in ente reali. ſ. ꝙ cognito illo ente reali itellectꝰ pōt aſſurgere ad ens rōnis: qđ fundať in eo: ꝛ ꝑ ꝯñs btūs vidēs realitatē diuinitatis ꝛ eius volūtatis aſſurgere poterit ad cognoſcēdū determinationē q̄ differt ſola rōne. Et iteꝝ quō pōt eſſe ꝯtingēs determinatio volūtatis: ꝛ ꝑ ꝯñs latere intellectum beati realitate importata per ipſum: ſcꝫ diuinitate exiſtente neceſſaria. Hoc impoſſibile eſt videre. Preterea. Intentio eſt Augu. ſup Gen. cap. 28. et 29. vbi loquiť de iſta mā: ꝙ angeli beati vidētes res in verbo cognitione matutina: ac deinde in ꝓprio genere cognitiōe veſpertina nō ſolū videbant quidditates. imo exiſtentias. Unde dicit ꝙ in ipſo dei vbo ꝑus viderūt vniuerſam oēm creaturā: in quo ſcꝫ verbo ipſam non factā eſſe: ſed fiēdā fuiſſe cognouerūt. Et ſubdit: ꝙ ꝑus

videbant

videbant in verbo quō dicebat deus: fiat lux. deinde viderūt factā lucē ſicut ſcriptura dicit: ⁊ facta eſt lux. Nō eſt ergo verū ꝙ ꝑ videntes diuinam eſſentiā eque cognoſcant reꝝ exiſtentias ſicut quidditates in verbo. Hec Aureolus in forma. Et quidē bene concludit ꝯ boleꝫ: ſʒ aliquā interſerat negando ſcḋʒ rei veritatē. Preſertī de diſtinctione rōnum: qꝛ ſcḋm illā viam ꝓbaret: ꝙ quicūqʒ videt in deo vnā ideam videret oēs: ⁊ ꝙ q videt eſſentiā diuinā vt eſt rō vnius creature: videret eā vt eſt rō omniū: qḋ eſt negandū ſcḋʒ poſitionē ſci Tho. Itē aliud falſuʒ aſſumit. i. ꝙ ſtante determinatione diue voluntatis ad exiſtentiā vel nō exiſtentiā alicuius reꝝ: eq̄ neceſſaria ē volūtas reſpectu exiſtentiaꝝ ſicut eēntia reſpectu quidditatū. Hoc eni falſuʒ ē: qꝛ ꝑma neceſſitas eſt ſolū ex ſuppoſitione. alia vō nō eſt ex ſuppoſitiōe vt dictū fuit in ꝑ ſniarū. ¶ Ad obiecta Aureoli ꝯ eandē ꝯnē nūc reſtat dicere. iō ꝑmo generaliter ad oīa dr̄ ꝙ probatio ſci Tho. qua infertur ꝙ ſi intellectus creatus in diuina eſſentia videret oīa que deus videt in ea: iam cōprehēderet diuinā potētiam ⁊ virtutē creatiuā aliquo mō comprehēſionis: licʒ forte non oīmoda cōprehēſione ſufficiēs eſt ⁊ bona. Et de hoc ſatis dictuʒ fuit in ꝓcedentibus: nec opʒ vlterius replicare. Dr̄ 2° ꝙ ꝑma ꝯña in oppoſitū facta nō vʒ: quia licʒ infinitas intenſiua diue potentie ſit intimior eidē diuine potentie ꝙ̄ extēſiua ſcḋʒ vnū modū loquēdi: ⁊ hoc ſcḋm eſſentiā: infinitas extēſiua eſt diue virtuti intimior ſm̄ rōnē ⁊ ſcḋm nr̄m modū intelligendi. ſic itelligendo qꝛ vniuerſitas creabiliū q̄ eſt ifinita: vel totū ens creabile vel poſſibile ꝓportionatū diue virtuti: qḋ eſt infinitū extēſiue eſt obiectū dicte virtutis ⁊ potentie adequatū: vt virtus eſt vt potētia eſt. Et iō per talis obiecti infiniti perfectā cognitionē vel claraʒ viſionē diffinibilis eſt ⁊ cōprehēſibilis eſt diua virtus ⁊ potentia creatiua: inquantū eſt virtus vel po° imediate: ⁊ cōprehenſa tali virtute cōprehendereť diuina eēntia tanq̄ per ꝓpriaʒ ⁊ adequatā paſſionē. Non aūt ꝑ talē infinitatē intenſiuam q̄ formalr̄ non addit ſupra id: cuius eſt aliqḋ abſolutū diuinū: ſiue ſit eſſentia ſiue potētia vel virtus niſi ſolā negationē. Et idē dico de infinitate extēſiua vt ifinitas eſt: ⁊ q̄tū ad illā negationē quā iportat. Tamē vt dictū eſt: totū ens creabile vel vniuerſitas creabiliuʒ q̄ fundant talē infinitatē ſunt ſufficiēs mediū ad diffinitiue ⁊ cōprehēſiue cognoſcendā diuinā potentiā ⁊ virtutem creatiuā. Cuius rō eſt: qꝛ ꝑfecte cognito obiecto alicuius potētie pōt cognoſci ꝑfecte talis potētia vel virtus. Propriū aūt ⁊ adequatū obiectū diuine virtutis ⁊ potētie creatiue eſt vniuerſitas creabiliū: vel totū ens creabile. iō illo cognito iam habereť diffinitio diue virtutis Nō aūt ex cognitione negatōis quā iportat ifinitas intenſiua diue potētie vel extēſiua. De ꝑdictis ſcūs Tho. de potētia dei. q. i. ar. 2°. ſic dicit. ¶ Infinitū dicit duplr̄. Uno mō priuatiue: ⁊ ſic dr̄ infinitū qḋ natū eſt habere finē ⁊ non hʒ. Tale aūt infinitū non iuenit niſi in quātitatibus. Alio mō dicit infinituʒ negatiue. i. qḋ non hʒ finē. Infinitū aūt primo mō acceptū deo conuenire nō pōt. Tum qꝛ deus eſt abſqʒ quātitate. Tū quia oīs priuatio imperfectionem iportat vel deſignat que longe a deo eſt. Infinitū aūt dictū negatiue cōuenit deo q̄tū ad oīa: que in ipſo ſunt: qꝛ nec ipſe aliquo finitur: nec ei⁹ eſſentia nec ſapiētia nec bonitas nec potentia. vnde oīa in ipſo ſunt infinita. ſed de infinitate eius potentie ſpecialiter ſciendū eſt: ꝙ cū potentia actiua ſequatur actū quantitas potentie ſequiť quantitatē actus. Unūqḋqʒ eniʒ abundat tm̄ in virtute agendi quantū eſt in actu. Deus aūt eſt actus infinitus: qḋ pʒ ex hoc ꝙ actus non finitur niſi duplr̄. Uno mō ex parte agentis: ſicut ex voluntate artificis recipit q̄titatē ⁊ terminū pulchritudo domus. Alio° ex ꝑte recipientis ſicť calor in lignis determinať ⁊ q̄titatē recipit ſʒ diſpoſitōeʒ lignoꝝ. Ipſe aūt diuinus actus nō finiť ex aliq̄ agente: qꝛ nō eſt ab alio: ſʒ eſt a ſeipſo. Nec finiť ex aliquo recipiēte: qꝛ cū nihil potentie paſſiue ei admiſceať: ipſe eſt actus purus: nō receptus in aliquo: eſt eni deus ipʒ eſſe ſuū ꝑ̄ in nullo receptū vñ pʒ ꝙ deus eſt infinitus. qḋ ſic videri pōt. Eſſe hoīs terminatū eſt ad hoīs ſpēm: qꝛ receptum eſt in nā ſpēi humane: ⁊ ſile eſt de eſſe eq̄ vel cuiuſlibet creature. Eē aūt dei cū non ſit in aliquo receptū ſʒ ſit eſſe purū nō limitatū ad aliquē modū ꝑfectionis eſſendi: ſʒ totum in ſe hʒ. Et ſic ſicut eſſe in vlī acceptū ad infinita ſe poteſt extendere. ita diuinū eſſe ifinitū eſt. Et ex hoc pʒ: ꝙ ſua virtus vl̄ potētia actiua eſt ifinita. Sʒ ſciendū ꝙ q̄uis diua potentia habeat infinitatē ex eſſentia. Tamen ex hoc ipſo ꝙ comparať ad ea: quoꝝ eſt ꝑn̄ᵐ recipit quendam infinitatis modū quē eſſentia non hʒ. Nam multitudo quedaʒ in obiectis potentie inueniť. In actione eni inuenitur quedā intenſio ſm̄ efficaciā agendi: et ſic pōt potentie actiue attribui quedā infinitas ſm̄ cōformitatē ad infinitatē q̄titatis ⁊ ꝯtinue ⁊ diſcrete. Differēter quidē ſcḋm ꝙ q̄titas potētie attendiť in hoc: ꝙ pōt in multa vel pauca obiecta: ⁊ hec vocať q̄titas extēſiua. Cōtinue vō ſcḋʒ ꝙ q̄titas po° attendiť in hoc ꝙ remiſſe vl̄ itenſe agit: ⁊ ſic vocať q̄titas itenſiua. Primo aūt quātitas ꝯuenit po° reſpectu obiectoꝝ. 2° vō reſpectu actiōis. Iſtoꝝ eni duoꝝ potētia actiua eſt ꝑn̄ᵐ. Utroqʒ aūt mō diua po° eſt ifinita. Nā nunq̄ tot effectus facit ꝙ plures facere poſſit: nec vnq̄ ita itenſe operať ꝙ intenſius operari poſſit. Intēſio aūt in diuina operatiōe attendēda eſt nō ſm̄ ꝙ operatio eſt in operāte: qꝛ ſic ſꝑ eſt ifinita: cū operatio dei ſit diua eēntia: ſʒ attendēda eſt ſʒ ꝙ attingit effectū. ſic. n. a deo q̄dā mouenť efficacius q̄dā minus efficaciter.) Hec ille. Ex quibus pʒ ꝑ ꝙ ifinitas in diuinis q̄litercūqʒ ſumať: iportat formalr̄ negationeʒ. 2°, ꝙ diua potentia tripliciter pōt dici ifinita. 3° ꝙ ifinitas itenſiua ſicut ⁊ extēſiua diue potētie attēdiť ꝓprie q̄tū ad extrinſeca. vtputa qꝛ itenſiua reſpicit multiplicem motionē ⁊ paſſionē creature. Extenſiua vō reſpicit multitudinē effectuū creabiliū. ⁊ ſic ꝓprie loquēdo infinitas itenſiua nō eſt itimior diue po° q̄ ifinitas extenſiua. Uerūtn̄ ſi vocemus ifinitatē itenſiuā diue po° illaʒ infinitatē q̄ ꝯuenit ſibi ex ꝑte diue eēntie vl̄ diue actualitatis aut diui eſſe: tūc poſſet ꝯcedi ꝙ talis infinitas intēſiua itimior eſt diue po° q̄ ifinitas extēſiua. Uerūtn̄ vt dictū eſt: alius cognitio nō ita infert cōprehenſionē diue potētie. ſicut cognitio infinitatis extenſiue quo ad obiecta vt ſupra dictuʒ eſt. Dr̄ 3°. ꝙ ſcḋa ꝯña formalis vel forma arguendi non vʒ: qua. ſ. infertur: ꝙ ſi videns plura in verbo q̄ ꝑus videret ꝑfectius videt verbuʒ q̄ prius. tunc in qualibʒ reuelatione quā deus facit beato ꝑfectius videret verbū q̄ ꝑus. Nullitas eni huius ꝯñe ⁊ multarū aliarū ſequentiū pʒ: qꝛ tales noue reuelatōes facte beatis non fiunt in eis formaliter per viſionē verbi ſed alio modo ſm̄ ꝙ ponit ſcūs Tho. de veritate. q. 8. arti. 4. Ibidē enim in ſolutione. 14. argumenti ſic dicit. ¶ Uolubilitas cogitationū que a hoīe angelis remouetur duplr̄ pōt intelligi. Uno mō vt cogitatio dicatur volubilis ꝓpter diſcurſum de effectibus in cauſas: vel econuerſo: qui quidē diſcurſus rōnis eſt ꝓprius: quā claritas intellectus angelici excedit. Alio° volubilitas pōt referri ad ſucceſſionē eoꝝ: que cogitanť. ⁊ ſic ſcienduʒ eſt ꝙ quātum ad illam cognitionē qua angeli cognoſcunt

Cognita inſinitate extenſiua diuine potētie cōprehenditur de⁹: nō aūt infinitate intenſiua: licʒ hec ſit intimior ſʒ eſſe: ſed illa ſʒ noſtrū modum intelligendi.

res in verbo non pōt eſſe ſucceſſio:qꝛ per vnū; diuerſa
cognoſcunť. Sed q̄ꝫtū ad ea que cognoſcūt per ſpēs in
natas vel ꝑ illuminatiōes ſuperioꝝ eſt ibi ſucceſſio.)
Hec ille. Item ibidē in ſolone .15. ſic dicit.(Viſio beitu
dinis eſt illa:qua vř deus per eſſentiā ⁊ res in deo. Et in
iſta nō eſt aliqua ſucceſſio:nec angeli in ea proficiūt ſi
cut nec in btitudine:ſꝫ in viſiōe reꝝ per ſpēs innatas vł
ꝑ illuminatiōes ſupioꝝ pficere pnt.) Hec ille. Itē ibi
dē in ſolone 7ᵃ ſic dicit.(Alicui viatori de⁹ poſſet tot re
uelare ꝙ plura de creaturis itelligeret q̄ꝫ intellꝰ ꝯpre
henſoꝛ:⁊ ſilr deus poſſet cuilibet cōprehēſori iferiori
reuelare oīa que ſuperioꝛ intelligit:aut ēt plura. ſꝫ nunc
de hoc nō querimus. ſꝫ ſolū de hoc:an ex hoc ꝙ eēntiā
dei videt aliqꝰ intellꝰ creat⁹ ſequať ꝙ oīa cognoſcat.)
Hec ille. Silia dicit ꝑma parte .q.12.arti.10.⁊.q.105.art.
ꝑ. Itē 4°.ſen.diſ.49.q.2.arti.5.in ſolone .12. Ex qbus pꝫ
ꝙ qlibꝫ btūs in ꝑmo inſtāti ſue btitudinis tot videt in
dīna eēntia:quot vnq̄ꝫ viſurus eſt in eadē:ſꝫ poſtea poſ
ſit plura videre q̄ꝫ prius ꝑ illuminatiōeꝫ alicuius bti ſu
perioris vel reuelationē īmediatā ipſius dei. ſꝫ talia ob
iecta nouiter cognita nō cognoſcunť:nec videnť in ver
bo:nec eodem actu quo vř verbū vel dīna eſſentia:ſed
ꝑ alios actus non btificos. Dř 4°. ꝙ 3ᵃ ꝯña ꝑncipalis vł
forma arguendi qua inferť:ꝙ vidēs aliq̄ꝫ creaturā crea
ri a deo cōprehēderet virtutis ſue infinitatē ⁊c̄. non vꝫ.
Nec hꝫ apparentiā:qꝛ vt dictū fuit ex cognitione infini
tatis dīne potentie non cōprehēdiť dīna potentia. ſꝫ ſo
lum ex cognitiōe ſui ꝓprij ⁊ adeq̄ti obiecti vel termini
q̄ eſt vniuerſitas creabiliū. Dř 5° ꝙ 4ᵃ forma ibidē ad
ducta non vꝫ:qua .ſ. inferť ꝙ dīna eſſentia nō eſſet exē
plar creature niſi vt eſt viſa ſub tali gradu. Dř enim ꝙ
dīna eſſentia ſemꝑ in ſe eſt exēplar cuiuſlibet creature
ſiue videať ab intellū creato:ſiue nō videať. Talis eñ
viſio nō dat eēntie dīne:nec tollit ꝙ ſit exēplar alicui⁹
creature vel oīuꝫ. Sꝫ dř ꝙ intellꝰ creatus nō pōt vide
re diuinā eēntiā vt eſt exēplar talis vel taliū creaturaꝝ
niſi videat eā ſub tali vel tali gradu. ita ꝙ quāto ſub in
tenſiori gradu vř. tanto vt pluriū ratio vel ſpēs vel exē
plar vel idea vř. Ad ea vō que vlterius infert arguens
de viſionibus vel reuelatiōibus Petro ⁊ Lino:vel ſu
periori ⁊ iferiori btis. pꝫ riſio ꝑ ꝑdicta:qꝛ infimus btūs
pōt plura ſcire de creaturis q̄ꝫ ſupremus per dīnā reue
lationē. ſed hoc nō pōt fieri ex viſione verbi:nec per co
gnitionē matutinā:ſꝫ ſolū ꝑ veſpertinā. Dř 6° ꝙ confir
matio ꝯñr adducta non vꝫ:qꝛ lꝫ vniuerſitas producibi
liū vel creabiliū non adequet dīnam virtutē vel poten
tiam creatiuā:vt eſt quedā res vel eſſentia:tñ adequat
eā vt eſt po⁹ vel virtus relatiue dicta ad ſuū obiectuꝫ
ſic ꝙ talis vniuerſitas eſt effect⁹ ꝓpri⁹ et adeq̄tus dīne
po⁹ creatiue:⁊ eſt maximū in qꝺ pōt. Et ꝯñr ex clara ꝓ
pria ⁊ diſtincta cognitione vel viſione talis obiecti vel
termini correlatiui dīna potētia vel virtus creatiua ali
quo mō cōprehenderet. De hoc Pe. de pa. 4° ſen. diſ.
49.q.2.arti.2°. vbi ſic arguit. Non opꝫ deū cōprehendē
ad hoc ꝙ per deū videanť īfinita poſſibilia:qꝛ qñ effe
ctus nō adequant cām:pnt cognoſci per eā apprehēſaꝫ:
ſꝫ non cōprehenſaꝫ. Solutio. Qñ effectus nō adequant
cām nec ſcḋm id qꝺ eſt:neqꝫ ſcḋm id qꝺ cauſa eſt. vtpo
te qꝛ in ſe nobilioꝛ eſt:⁊ ad alios effectus pōt:⁊ tunc non
opꝫ comprehendere cauſam vt per eā cognoſcatur effe
ctus:nec vt eſt:nec vt cauſa eſt. Sicut poſſumus cogno
ſcere vermē in ſole cognoſcendo virtuteꝫ eius per quā
producit vermē non cognoſcendo illam per quā produ
cit murem nec ſubſtantiam eius. ſed quando effectus
adequat cām ſcḋm eſſentiā:non pōt perfecte cognoſci
per eam niſi cōprehēſam:ſicut in demonſtratiōe potiſ
ſima:que eſt per cāꝫ vniuocā. Et ſimiliter quando effe
ctus adequat cauſam ſcḋm ꝙ cauſa eſt:⁊ ſi non ſcḋm ꝙ
ſubſtantia eſt. adꝺ quꝺ dico non ſcḋm nobilitatē ſꝫ ſcḋꝫ
proportionē:quia nec cauſa poteſt l plura. ſꝫ ſi nobilioꝛ
ſicut in cauſa equiuoca particulari:aut ſicut in vniuer
ſali enumeratis oībus effectibus. Unde ad hoc ꝙ oēs
effectus ſolis cognoſcantur pfecte ⁊ determinate in ſo
le:oportet comprehendere ſolem ⁊ ſi non vt ſol eſt:ta
mē vt cauſa principalis coruꝫ:qꝛ oportet ipſum cogno
ſcere ⁊ quo ad virtutē qua ꝓducit vermem ⁊ q̄ produ
cit murē:⁊ ſic deinceps:ſꝫ non oporteat ipſam compre
hendere ſcḋm ꝙ ſol eſt:q̄ꝫuis etiam non poſſit bene cō
prehēdi iſta virtus rei niſi cōprehēdatur eſſentia rei:q̄
eſt ei proportionata. ⁊ ſic eſt in propoſito:qꝛ effectus dei
poſſibiles ſi non adequant ſuā cām nec quo ad eēntiaꝫ
nec quo ad nobilitatē v̄tutis. ſꝫ ſint infiniti:tñ adequāt
quo ad proportionē agēdi:qꝛ .ſ. deus non pōt plura pro
ducere q̄ꝫ poſſint ꝓduci ab eo:⁊ iō nō poſſunt cognoſci
oīa producibilia a deo diſtincte niſi pfecte cognoſcatur
virtus productiua. Et quia ſcḋm diuerſa attributa eſt ꝓ
ductiua diuerſorū:⁊ ſcḋm infinita infinitoruꝫ:non poſ
ſunt cognoſci infinita producibilia diſtincte niſi cogno
ſcantur infinita attributa diſtincte:ad quod opꝫ deum
comprehēdi cum in deo nō ſint plures pfectiones q̄ꝫ in
finite:⁊ cum dei ſubſtātia ſit eius virtus. Hec Pe. ⁊ hꝫ
quātū ad propoſitū ꝑtinet ꝑter hoc:ꝙ illud qꝺ dicit ꝙ
diuina eēntia ſcḋm infinita attributa eſt productiua di
uerſarū creaturarū infinitarū. Hoc enim eſt dubium:⁊
forte falſum. Sꝫ de hoc non eſt cura in propoſito. Dici
tur 7°. ꝙ inſtantia quā arguens inducit de proprietati
bus abſolutis aut relatiuis aut pſonis viſis in dīna eēn
tia citra comprehenſionē non vꝫ:qꝛ viſio ꝑdictoꝝ con
ſequitur neceſſario viſionē rei ⁊ eſſentie oblate videnti
quātūcunqꝫ debiliter videatur:qꝛ oīa illa eque offerun
tur in ſe ſicut diuina eēntia. Sꝫ viſio rerū creabiliuꝫ in
ſpici pōt. Sunt. n. q̄dā qui veritatē intelligibilē capere
nō pñt niſi eis particulatim per ſingula explicet̄: ⁊ hoc
ex debilitate itellectus eoꝝ ꝯtingit. Alij vero qui ſunt
fortioris intellectus ex paucis multa capere pñt.) Hec
ille. Itē ibidē in rñſiōe ad 2m ſic dicit. (Cognoſcere ali
quid in vniuerſali dr̄ dupl̄r. Uno mō ex pte rei cogni
te. vt. ſ. ſolu3 cognoſcat̄ vſis natura rei:⁊ ſic cognoſcere
aliquid in vſi eſt imperfectius:imperfecte enim cogno
ſceret hoīem:qui cognoſceret de eo ſolū ē q̄ aīal. Alio
modo ex parte medij cognoſcēdi:⁊ ſic perfectius eſt co
gnoſcere aliquid in vſi. perfectior enim eſt intellectus
qui ꝑ vnū vſe mediū pōt ſingula ꝓpria cognoſcere q̄
q̄ nō pōt.) Hec ille. Ex q̄bus pꝫ falſitas maioris argu
menti in oppoſitū deducti. ⁊ q̄ itellectus ꝑfectus ⁊ ele
uatus per vnū vſe ṗnm ſyllogiſticū pōt multas cogno
ſcere ꝯcl̄ones ſine aliqua ſumptione ⁊ applicatione fa
cta ſub ipſo. Et ſic reſtat q̄ modus quo creature viden
tur in diuina eſſentia:aſſimilat̄ illi modo quo ꝯcluſio
nes vident̄ in ṗncipio:ſed non illi modo quo videntur
ex ṗncipio. Dr̄ 3° q̄ dato q̄ res create repñtent̄ i diui
ne eſſentia eo modo quo cā repñtat effectū:ex hoc nō
ſequit̄:q̄ videns diuinā eſſentiā neceſſario videat oēs
quidditates reꝝ creabiliū in diuina eēntia quantū ad
id qḋ ſunt ſicut dicit arguēs. Nec valet ſua ꝓbatio: q2
maior argumēti eſt falſa. Nec valet ꝓbatio eiuſq; eius
l3 nō ſit īpedimētū ex parte diuine eſſentie repñtan
tis:eſt tñ defectus ex pte intellectus creati:qui nō vnit̄
diuine eēntie ſm̄ totū ſuū poſſe:nec vt eſt rō ⁊ ſpecies
oīu3: vt ſepe dctū fuit ṗus. Nec valet qḋ dicit arguens
q̄ ſi intellectus poteſt in diuinā eſſentiā omnia repñ
tantē pōt in omnia per eā repñtata. huius enim ꝯñe
nullitas ſuperius eſt oſtenſa. Unde ſcūs Tho. ṗª pte. q.
12. arti. 8. in ſolōne tertij ſic dicit. (Licet ſit maiꝰ vide

re deū q̄ omnia alia:tñ maius eſt ſic videre deū q̄ oīa
alia in eo cognoſcant̄:q̄ videre ſic ipſum:q̄ nō oīa ſed
pauciora vel plura in eo cognoſcant̄. Jam enī oſtēſum
eſt q̄ multitudo cognitoꝝ in deo ꝯſequit̄ modum vi
dendi ipm:vel magis perfectum vel minus ꝑfectu3.)
Hec ille. Itē de veritate qōne. 20. arti. 5. in ſolōne ſecū
di ſic dicit. (Semꝑ illud per quod alteꝝ cognoſcit̄ ſe
h3 in rōne magis noti ⁊c̄). vt ṗus recitatū fuit cū mul
tis alijs ad hoc ꝓpoſitū facientibus. Dr̄ 4° q̄ diſtinctio
quā facit arguēs. ſ. q̄ vidēs deū cognoſcit oīa creabilia
q̄tum ad illud q̄ ſunt:ſed non an ſint non valet. De h
Aureo. in ſuo quolibet. q. 10. cōtra Durandū arguit ſic.
Illa (inquit) videntur eque neceſſario viſa in diuina
eēntia:que eq̄li neceſſitate ⁊ imutabilitate repñtantur
in ipſa. Sed ſtante determinatione diuine voluntatis
ad exiſtentiā vel nō exiſtentiā alicuiꝰ rei diuina volun
tas ⁊ ſua dterminatio eque īmutabilis eſt reſpectu exi
ſtentiaꝝ:ſicut eēntia reſpectu quidditatū. ḡ beatus eq̄
neceſſario videndo diuinā volūtatē ⁊ eiꝰ dterminatio
nē cognoſcit reꝝ exiſtētias vel nō exiſtētias: ſicut vidē
do diuinā eēntia3 videt q̄dditates. Cōfirmat̄: q2 eēntia
⁊ voluntas ⁊ nutus ſeu determinatio volūtatis idē ſūt
in deo:⁊ ideo btūs totū videt:⁊ per ꝯñs ſicut videt re
preſentata per eēntiā:ſic determinata ꝑ voluntatē. P̄s.
Aut deus cognoſcit reꝝ exiſtentias cognoſcēdo deter
minationē ⁊ nutum ſue voluntatis:aut cognoſcit eas
ex hoc q̄ eſt eaꝝ ſimilitudo eminens ⁊ exēplar ſicut et
q̄dditatū. Sed nō pōt dici ṗm. q2 tunc non cognoſceret
mala ⁊ pctā:cū voluntas dei non determinet volunta
tem creatā ad peccādū. imo ipſe ſe ṗdeterminat. vnde
nō ſe h3 diuina volūtas ad talia niſi ꝑmiſſiue: ⁊ ꝑ ꝯñs
nō pōt deꝰ determinate cognoſcere per ſuā ꝑmiſſione3
ad quā partem ſe determinat creata volūtas:cu3 vtrā
q3 partē ꝯtradictionis deus ꝑmittat. Rurſus ſi cogno
ſceret deus res eſſe vel nō eē ex ſola determinatiōe ſue
volūtatis:iā3 nō cognoſceret reꝝ exiſtētias in ſe:ſ3 po
tius quaſi arguitiue ex eaꝝ cā. Iterum ſi cognoſceret
ꝑ hūc modū deus res eſſe vel nō eſſe. ſ. cognoſcēdo nu
tum ⁊ determinationē ſue volūtatis:cū beati videant
diuinā eēntiā cū volūtate ⁊ q̄cq̄d eſt reale in deo: opor
tebit q̄ videant res exiſtere vel nō exiſtere ꝑ illā deter
minationē. Relinquit̄ ḡ q̄ deus videat exiſtētias reꝝ
inquātū ſua eēntia eſt ſiſitudo eminēs ⁊ exēplar nō ſo
lū q̄dditatū:ſ3 ēt exiſtētiarūt:⁊ per ꝯñs equali neceſſita
te videbūt beati exiſtētias ſicut quidditates. Si dica
tur q̄ determinatio diuine voluntatis ⁊ ſi ſit eadē cu3
diuina eſſentia:differt tñ rōne:⁊ vt ſic differēs pōt oc
cultari btīs. Non valet. Primo q̄de3 q2 determinatio
ṗdicta put eſt cā exiſtētiarū eſt q̄d reale: alioquin ens
rōnis eēt cā entis realis efficiēs vl̄ ꝓductiua:qḋ eſt im
poſſibile. Scḋo q2 oē ens rōnis fundat̄ in ente reali. ſ.
q̄ cognito illo ente reali itellectꝰ pōt aſſurgere ad ens
rōnis:qḋ fundat̄ in eo:⁊ ꝑ ꝯñs btūs vidēs realitatē di
uinitatis ⁊ eius volūtatis aſſurgere poterit ad cogno
ſcēdū determinationē q̄ differt ſola rōne. Et iteꝝ q̄ū
pōt eſſe ꝯtingēs determinatio volūtatis: ⁊ ꝑ ꝯñs late
re intellectum beati realitate importata per ipſum: ſc3
diuinitate exiſtente neceſſaria. Hoc impoſſibile eſt vi
dere. Preterea. Intentio eſt Augu. ſup Gen. cap. 28. et
29. vbi loquit̄ de iſta mā:q̄ angeli beati vidētes res in
verbo cognitione matutina:ac deinde in ꝓprio genere
cognitiōe veſpertina nō ſolū videbant q̄dditates. imo
exiſtentias. Unde dicit q̄ in ipſo dei vbo ṗus viderūt
vniuerſam oēm creaturā:in quo ſc3 verbo ipſam non
factā eſſe:ſed fiēdā fuiſſe cognouerūt. Et ſubdit:q̄ ṗus

videbant

videbant in verbo qn̄o dicebat deus: fiat lux. deinde vi
derūt factā lucē ſicut ſcriptura dicit: ⁊ facta eſt lux. Nō
eſt ergo verū qn videntes diuinam eſſentiā eque cogno
ſcant reꝝ exiſtentias ſicut q̇dditates in verbo. Hec Au
reolus in forma. Et quidē bene ↄcludit ꝯ boīeʒ: lʒ aliq̄
interſerat neganda ſcd̄ʒ rei veritatē. Preſertī de diſtin
ctione rōnis: q2 ſcd̄m illā viam ꝓbaretur: ꝙ qcūqʒ videt
in deo vnā ideam videret oēs: ⁊ ꝙ q videt eſſentiā diui
nā vt eſt rō vnius creature: videret eā vt eſt rō omniū:
qḋ eſt negandū ſcd̄ʒ poſitionē ſci Tho. Itē aliud falſuʒ
aſſumit. ſ. ꝙ ſtante determinatione diuine voluntatis ad
exiſtentiā vel nō exiſtentiā alicuius reꝝ: eq̄ neceſſaria ē
volūtas reſpectu exiſtentiaꝝ ſicut eēntia reſpectu q̇ddi
tatū. Hoc enī falſuʒ ē: q2 ꝓma neceſſitas eſt ſolū ex ſup
poſitione. alia vō nō eſt ex ſuppoſitiōe vt dictū fuit in ꝓ
ſniarū. ¶ Ad obiecta Aureoli ꝯ eandē ↄnē nūc reſtat
dicere. iō ꝓmo gn̄aliter ad oīa dr̄ ꝙ probatio ſci Tho.
qua iſert: ꝙ ſi intellꝰ creatus in diuina eſſentia videret
oīa que deus videt in eāiam cōprehēderet diuinā potē
tiam ⁊ virtutē creatiuā aliquo mō comprehēſionis: licʒ
forte non oīmoda cōprehēſione ſufficiēs eſt ⁊ bona. Et
de hoc ſatis dictuʒ fuit in p̄cedentibus: nec opʒ vlterius
replicare. Dr̄ 2° ꝙ ꝓma ↄña in oppoſitū facta nō vʒ: q̄a
lʒ infinitas intenſiua diuine potentie ſit intimior eidē di
uine potentie q̄ʒ extēſiua ſcd̄ʒ vnū modū loquēdi: ⁊ hoc
ſcd̄m eſſe: tñ infinitas extēſiua eſt diue virtuti intimior
ſm rōnē ⁊ ſcd̄m nr̄m modū intelligendi ſic itelligendo
q2 vniuerſitas creabiliū q̄ eſt īfinita: vel totū ens crea
bile vel poſſibile ꝓportionatū diuine virtuti: qḋ eſt infini
tū extēſiue eſt obiectū dicte virtutis ⁊ potentie adequa
tū: vt virtus eſt vt potētia eſt. Et iō per talis obiecti in
finiti perfectā cognitionē vel claraʒ viſionē diffinibilis
eſt ⁊ cōprehēſibilis eſt diuīa virtus ⁊ potentia creatiua:
inquantū eſt virtus vel poᵃ imediate: ⁊ cōprehenſa tali
virtute cōprehenderetur diuina eēntia tanq̄ȝ per ꝓprias
⁊ adequatā paſſionē. Non aūt ꝑ talē infinitatē intenſi
uam q̄ formalr̄ non addit ſupra id: cuius eſt aliqḋ abſo
lutū diuinū: ſiue ſit eſſentia ſiue potētia vel virtus niſi
ſolā negationē. Et idē dico de infinitate extēſiua vt iſi
nitas eſt: ⁊ q̄ntū ad illā negationē quā iportat. Tamē vt
dictū eſt: totū ens creabile vel vniuerſitas creabiliuʒ q̄
fundant talē infinitatē ſunt ſufficiēs mediū ad diffini
tiue ⁊ cōprehēſiue cognoſcendā diuinā potentiā ⁊ virtu
tem creatiuā. Cuius rō eſt: q2 ꝑfecte cognito obiecto ali
cuius potētie pōt cognoſci ꝑfecte talis potētia vel v̄tus.
Propriū aūt ⁊ adequatū obiectū diuine virtutis ⁊ potē
tie creatiue eſt vniuerſitas creabiliū: vel totū ens creabi
le. iō illo cognito iam haberetur diffinitio diue virtutis.
Nō aūt ex cognitione negatōis quā iportat īfinitas i
tenſiua diuine potētie vel extēſiua. De p̄dictis ſcūs Tho.
de potētia dei. q. i. ar. 2°. ſic dicit. (Infinitū dicitur dupl̄r.
Uno mō priuatiue: ⁊ ſic dr̄ infinitū qḋ natū eſt habere
finē ⁊ non hʒ. Tale aūt infinitū non iuenitur niſi in quā
titatibus. Alio mō dicitur infinituʒ negatiue. i. qḋ non hʒ
finē. Infinitū aūt primo mō acceptū deo conuenire nō
pōt. Tum q2 deus eſt abſqʒ quātitate. Tū quia oīs pri
uatio imperfectionem iportat vel deſignat que longe
a deo eſt. Infinitū aūt dictū negatiue cōuenit deo q̄ntū
ad oīa: que in ipſo ſunt: q2 nec ipſe aliquo finitur: nec eiꝰ
eſſentia nec ſapiētia nec bonitas nec potentia. vnde oīa
in ipſo ſunt infinita. ſed de infinitate eius potentie ſpe
cialiter ſciendū eſt: ꝙ cū potentia actiua ſequatur actū
quantitas potentie ſequitur quantitatē actus. Unūqḋqʒ
enīʒ abundat tñ in virtute agendi quantū eſt in actu.
Deus aūt eſt actus infinitus: qḋ pʒ ex hoc ꝙ actus non
finitur niſi dupl̄r. Uno mō ex parte agentis: ſicut ex vo
luntate artificis recipit q̄ntitatē ⁊ terminū pulchritudo
domus. Alioꝰ ex ꝑte recipientis ſicut calor in lignis deter
minatur ⁊ q̄ntitatē recipit ſʒ diſpoſitiōeʒ lignoꝝ. Ipſe aūt
diuinus actus nō finitur ex aliq̄ agente: q2 nō eſt ab alio: ſʒ
eſt a ſeipſo. Nec finitur ex aliquo recipiēte: q2 cū nihil po
tentie paſſiue ei admiſceatur: ipſe eſt actus purus: nō rece
ptus in aliquo: eſt enī deus ipʒ eſſe ſuū: in nullo receptū
vñ pʒ ꝙ deus eſt infinitus. qḋ ſic videri pōt. Eſſe hoīs
terminatū eſt ad hoīs ſpēm: q2 receptum eſt in nā ſpēi
humane: ⁊ ſile eſt de eſſe eq vel cuiuſlibet creature. Eē
aūt dei cū non ſit in aliquo receptū ſʒ ſit eſſe purū nō li
mitatū ad aliquē modū ꝑfectionis eſſendi: ſʒ totum in
ſe hʒ. Et ſic ſicut eſſe in vl̄i acceptū ad infinita ſe poteſt
extendere. ita diuinū eſſe īfinitū eſt. Et ex hoc pʒ: ꝙ ſua
virtus vl̄ potētia actiua eſt īfinita. Sʒ ſciendū ꝙ q̄uis
diuina potentia habeat infinitatē ex eſſentia. Tamen ex
hoc ipſo ꝙ comparatur ad ea quoꝝ eſt ꝓnᵐ recipit quen
dam infinitatis modū quē eſſentia non hʒ. Nam multi
tudo quedaʒ in obiectis potentie inuenitur. In actione
enī inuenitur quedā intenſio ſm efficatiā agendi: et ſic
pōt potentie actiue attribui quedā infinitas ſm cōfor
mitatē ad infinitatē q̄ntitatis ↄtinue ⁊ diſcrete. Diſcre
te q̇dē ſcd̄m ꝙ q̄ntitas potētie attenditur in hoc: ꝙ pōt in
multa vel pauca obiecta: ⁊ hec vocatur q̄ntitas extēſiua.
Cōtinue vō ſcd̄ʒ ꝙ q̄ntitas poᵉ attenditur in hoc ꝙ remiſ
ſe vl̄ itenſe agit: ⁊ ſic vocatur q̄ntitas itenſiua. Prima aūt
quātitas ↄuenit poᵉ reſpectu obiectoꝝ. 2° vō reſpectu
actiōis. Iſtoꝝ enī duoꝝ potētia actiua eſt ꝓnᵐ. Utroqʒ
aūt mō diua poᵃ eſt īfinita. Nā nunq̄ȝ tot effectus facit
qn plures facere poſſit: nec vnq̄ȝ ita itenſe operatur qn in
tenſius opari poſſit. Intēſio aūt in diuina operatiōe at
tendēda eſt nō ſm ꝙ opatio eſt in operāte: q2 ſic ſp eſt
īfinita: cū opatio dei ſit diua eēntia: ſʒ attendēda eſt ſʒ
ꝙ attingit effectū. ſic. n. a deo q̇dā mouentur efficacius q̄
dā minus efficaciter.) Hec ille. Ex qbus pʒ ꝓ ꝙ īfinitas
in diuis q̇litercūqʒ ſumatur: iportat formalr̄ negationeʒ.
2° ꝙ diua potentia tripliciter pōt dici īfinita. 3° ꝙ īfini
tas itenſiua ſicut ⁊ extēſiua diuine potētie attēditur ꝓprie
q̄ntū ad extrinſeca. vtpute q2 itenſiua reſpicit multipli
cem motionē ⁊ paſſionē creature. Extenſiua vō reſpicit
multitudinē effectuū creabiliū. ⁊ ſic ꝓprie loquēdo infi
nitas itenſiua nō eſt itimior diuine poᵉ q̄ʒ īfinitas extenſi
ua. Uerūtñ ſi vocemus īfinitatē itenſiuā diuine poᵉ illaʒ
infinitatē q̄ ↄuenit ſibi ex ꝑte diuine eēntie vl̄ diuine actua
litatis aut diui eſſe: tūc poſſet ↄcedi ꝙ talis infinitas in
tēſiua itimior eſt diuine poᵉ q̄ʒ īfinitas extēſiua. Uerūtñ
vt dictū eſt: alius cognitio nō ita infert cōprehenſionē
diuine potētie. ſicut cognitio infinitatis extenſiue quo ad
obiecta vt ſupra dictuʒ eſt. Dr̄ 3° ꝙ ſcd̄a ↄña formalis
vel forma arguendi non vʒ: qua. ſ. infertur: ꝙ ſi videns
plura in verbo q̄ʒ ꝓus videret ꝑfectius videt verbuʒ q̄ʒ
prius. tunc in qualibʒ reuelatione quā deus facit beato
ꝑfectius videret verbū q̄ʒ ꝓus. Nullitas enī huius ↄñe
⁊ multarū aliarū ſequentiū pʒ: q2 tales noue reuelatōes
facte beatis non fiunt in eis formaliter per viſionē ver
bi: ſed alio modo ſm ꝙ ponit ſcūs Tho. de veritate. q.
8. arti. 4. Ibidē enim in ſolutione. 14. argumenti ſic di
cit. (Uolabilitas cogitationū que a btīs angelis remo
uetur dupl̄r pōt intelligi. Uno mō vt cogitatio dicatur
volabilis ꝓpter diſcurſum de effectibus in cauſas: vel
ecōuerſo: qui quidē diſcurſus rōnis eſt ꝓpinquū cla
ritas intellꝰ angelici excedit. Alioꝰ volabilitas pōt re
ferri ad ſucceſſionē eoꝝ: que cogitantur. ⁊ ſic ſciendʒ eſt
ꝙ quātum ad illam cognitionē qua angeli cognoſcunt

Cognita infinitate extenſiua diue potētie cōprehenditur deꝰ: nō aūt infinitate intenſiua: licʒ hec ſit intimior ſʒ eſſe: ſed illa ſʒ noſtrʒ modum intelligendi.

res in verbo non pōt eſſe ſucceſſio:q2 per vnū3 diuerſa
cognoſcunt̃. Sed q̄tū ad ea que cognoſcūt per ſpēs in-
natas vel p̄ illuminatiōes ſuperioꝝ eſt ibi ſucceſſio.)
Hec ille. Item ibidē in ſolone.15.ſic dicit.(Viſio beati
tudinis eſt illa:qua vr̃ deus per eſſentiā ⁊ res in deo. Et in
iſta nō eſt aliqua ſucceſſio:nec angeli in ea proficiūt:ſi-
cut nec in btitudine:ſ3 in viſiōe reꝝ per ſpēs innatas vl̃
p̄ illuminatiōes ſupioꝝ pficere pnt.) Hec ille. Itē ibi-
dē in ſolone 7ª ſic dicit.(Alicui viatori de⁹ poſſet tot re-
uelare q̄ plura de creaturis ītelligeret q̄3 intell'ꝰ ꝯpre-
benſor:⁊ ſilr deus poſſet cuilibet cōprebēſori īferiori
reuelare oīa que ſuperior intelligit:aut ēt plura.ſ3 nunc
de hoc nō querimus.ſ3 ſolū de hoc:an ex hoc q̄ eēntiā
dei videt aliq̄s intell'ꝰ creat⁹ ſequat̃ q̄ oīa cognoſcat.)
Hec ille. Silr dicit p̄ma parte.q.12.arti.10.⁊.q.105.art.
ꝑ. Itē 4º.ſen.diſ.49.q.2.arti.5.in ſolone.12. Ex q̄bus p3
q̄ q̄lib3 btūs in p̄mo inſtāti ſue btitudinis tot videt in
dina eēntia:quot vnq̄3 viſurus eſt in eadē:ſ3 poſtea poſ-
ſit plura videre q̄3 prius p̄ illuminatiōe3 alicuius bti ſu-
perioris vel reuelationē īmediatā ipſius dei.ſ3 talia ob-
iecta nouiter cognita nō cognoſcunt̃:nec vident̃ in ver
bo:nec eodem actu quo vr̃ verbū vel dina eſſentia:ſed
p̄ alios actus non btificos. Dr̃ 4º.q̄ 3ª ꝯña p̄ncipalis vl̃
forma arguendi qua infert̃:q̄ vidēs aliq̄3 creaturā crea-
ri a deo ꝯprebēderet virtutis ſue infinitatē ⁊c̃.non v3.
Nec b3 apparentiā:q2 vt dictū fuit ex cognitione infini-
tatis dine potentie non cōprebēdit̃ dina potentia.ſ3 ſo-
lum ex cognitiōe ſui ꝑpri ⁊ adeq̄ti obiecti vel termini
q̄ eſt vniuerſitas creabiliū. Dr̃ 5º q̄ 4ª forma ibidē ad-
ducta non v3:qua.ſ.infert̃ q̄ dina eſſentia nō eſſet exē-
plar creature niſi vt eſt viſa ſub tali gradu. Dr̃ enim q̄
dina eſſentia ſemp̄ in ſe eſt exēplar cuiuſlibet creature
ſiue videat̃ ab intellu creato:ſiue nō videat̃. Talis enī
viſio nō dat eēntie dine:nec tollit q̄ ſit exēplar alicui⁹
creature vel oīu3. S3 dr̃ q̄ intell'ꝰ creatus nō pōt vide-
re diuinā eēntiā vt eſt exēplar talis vel taliū creaturaꝝ
niſi videat eā ſub tali vel tali gradu.ita q̄ q̄nto ſub in-
tenſiori gradu vr̃.tanto vt pluriū ratio vel ſpēs vel exē-
plar vel idea vr̃. Ad ea v̄o que vlterius infert arguens
de viſionibus vel reuelatiōibus Petro ⁊ Lino:vel ſu-
periori ⁊ īferiori btis.p3 riſio p̄ p̄dicta:q2 infimus btūs
pōt plura ſcire de creaturis q̄3 ſupremus per dinā reue-
lationē.ſed hoc nō pōt fieri ex viſione verbi:nec per co-
gnitionē matutinā:ſ3 ſolū p̄ veſpertinā. Dr̃ 6º q̄ confir-
matio ꝯñr adducta non v3:q2 ſ3 vniuerſitas producibi-
liū vel creabiliū non adequet dinam virtutē vel poten-
tiam creatiuā:vt eſt quedā res vel eſſentia:tn̄ adequat
eā vt eſt po ͣ vel virtus relatiue dicta ad ſuū obiectu3
ſic q̄ talis vniuerſitas eſt effect⁹ ꝑpri⁹ et adeq̄tus dine
po ͤ creatiue:⁊ eſt maximū in qd̄ pōt. Et ꝯñr ex clara p̄-
pria ⁊ diſtincta cognitione vel viſione talis obiecti vel
termini correlatiui dina potētia vel virtus creatiua ali-
quo mō cōprebenderet̃. De hoc Pe.de pa.4º ſen.diſ.
49.q.2.arti.2º.vbi ſic arguit. Non op3 deū cōprebendi
ad hoc q̄ per deū videant̃ īfinita poſſibilia:q2 q̄ñ effe-
ctus nō adequant cām:pnt cognoſci per eā apprebēſa:
ſ3 non cōprebenſa3. Solutio. Q̄ñ effectus nō adequant
cām nec ſcd̄m id qd̄ eſt:neq3 ſcd̄m id qd̄ cauſa eſt.vtpo-
te q2 in ſe nobilior eſt:⁊ ad alios effectus pōt:tunc non
op3 comprebendere cauſam vt per eā cognoſcatur effe-
ctus:nec vt eſt:nec vt cauſa eſt. Sicut poſſumus cogno-
ſcere vermē in ſole cognoſcendo virtute3 eius per quā
producit vermē non cognoſcendo illam per quā produ-
cit murem nec ſubſtantiam eius.ſed quando effectus
adequat cām ſcd̄m eſſentiā:non pōt perfecte cognoſci
per eam niſi cōprebēſam:ſicut in demonſtratiōe potiſ-
ſima:que eſt per cā3 vniuocā. Et ſimiliter quando effe-
ctus adequat cauſam ſcd̄m q̄ cauſa eſt:⁊ ſi non ſcd̄m q̄
ſubſtantia eſt.ad: quāt dico non ſcd̄m nobilitatē.ſ3 ſcd̄3
proportionē:quia nec cauſa poteſt ī plura.ſ3 ſi nobilior
ſicut in cauſa equiuoca particulari:aut ſicut in vniuer-
ſali enumeratis oībus effectibus. Unde ad hoc q̄ oēs
effectus ſolis cognoſcantur pfecte ⁊ determinate in ſo-
le:oportet comprebendere ſolem ⁊ ſi non vt ſol eſt:ta-
mē vt cauſa principalis eoru3:q2 oportet ipſum cogno-
ſcere ⁊ quo ad virtutē qua p̄ducit vermem ⁊ q̄ produ-
cit murē:⁊ ſic deinceps:ſ3 non oporteat ipſum compre-
bendere ſcd̄m q̄ ſol eſt:q̄uis etiam non poſſit bene cō-
prebēdi iſta virtus rei niſi cōprebēdatur eſſentia rei.q̄
eſt ei proportionata.⁊ ſic eſt in propoſito:q2 effectus dei
poſſibiles ſi non adequant ſuā cām nec quo ad eēntia3
nec quo ad nobilitatē v̄tutis.ſ3 ſint infiniti:tn̄ adequāt
quo ad proportionē agēdi:q2.ſ.deus non pōt plura pro-
ducere q̄3 poſſint p̄duci ab eo:⁊ iō nō poſſunt cognoſci
oīa producibilia a deo diſtincte:niſi pfecte cognoſcatur
virtus productiua. Et quia ſcd̄m diuerſa attributa eſt p̄-
ductiua diuerſorū:⁊ ſcd̄m infinita infinitoru3:non poſ-
ſunt cognoſci infinita producibilia diſtincte niſi cogno-
ſcantur infinita attributa diſtincte:ad quod op3 deum
comprebēdi cum in deo nō ſint plures pfectiones q̄3 in-
finite:⁊ cum dei ſubſtātia ſit eius virtus. Hec Pe.⁊ bñ
q̄ntū ad propoſitū ꝑtinet p̄ter hoc:q̄ illud qd̄ dicit q̄
diuina eēntia ſcd̄m infinita attributa eſt productiua di-
uerſarū creaturarū infinitarū. Hoc enim eſt dubium:⁊
forte falſum. S3 de hoc non eſt cura in propoſito. Dici-
tur 7º.q̄ inſtantia quā arguens inducit de proprietati-
bus abſolutis aut relatiuis aut pſonis viſis in dina eēn-
tia citra comprebenſionē non v3:q2 viſio p̄dictoꝝ con-
ſequitur neceſſario viſionē rei ⁊ eſſentie oblate videnti
quātūcunq3 debiliter videatur:q2 oīa illa eque offerun-
tur in ſe ſicut diuina eēntia. S3 viſio rerū creabiliu3 in
diuina eēntia non neceſſario conſequitur viſionē diui-
ne eēntie:ſ3 modum videndi intenſum vel remiſſum:
quia talia non offeruntur videnti diuinā eſſentiam in
ſe:ſed in alio vt ſupra dictū fuit. Conceditur tamē q̄ ex
viſione oīum creabiliū vel producibiliū a diuina poten-
tia vel virtute:ſi talis viſio fieret per ſpēs creatas ⁊ vi-
ſione veſpertina:⁊ non in verbo nec viſione matutina:
ex tali viſione vniuerſitatis creabiliū non argueret̃ pfe-
cta ⁊ ſimpliciter cōprebenſio diuine potentie vel virtu-
tis:ſ3 ſolum comprebēſio ſcd̄m quid:quia diuina poten-
tia in tali caſu non comprebēderetur quo ad ſuū abſo-
lutū:ſ3 ſolū q̄tū ad ſuos reſpectus ⁊ btitudines:quas b3
ad creaturas p̄ducibiles ⁊ nō vt quedā ſub eſt:ſ3 vt eſt
potētia vel virtus:aut tale qd relatiue deſignatu3:cum
quibus tamē ſtant dicta ſancti Tho. ſuperius recitata
q̄ vniuerſitas creabiliū non poſſet cognoſci viſiōe ma-
tutina ⁊ ex viſione verbi niſi ipſa diuina potentia ⁊ eēn-
tia ſimpliciter ⁊ pfecte comprebēderentur:cuius cauſa
poſtea dicet̃. Dicitur 8º. q̄ prima pars reſpōſionis quā
dat ad motiuū ſancti Tho.non valet. Cum enim dicit
q̄ creature non videātur in diuina eſſentia ſicut in cauſa
efficiente:ſed ſicut in exemplari vel idea vel cauſa for-
mali ⁊c̃.quicq̄d ſit de hoc:q2 non refert ad propoſitum.
Dicitur q̄ hoc conceſſo:adhuc non haberetur q̄ ex viſio-
ne exemplaris videant̃ oīa exēplata niſi exēplar cōpre-
bendat̃:niſi ſpēs vel rō vel forma obiecti cognoſcibilis
vniat̃ itellectui creato ſ3 totū poſſe ſuū:qd̄ nō pōt ꝯtin-
gere in viſiōe q̄ intell'ꝰ creatus videt dinā eēntiā:vt ſu-
perius ſepius dictu3 fuit. Dr̃ 9º. q̄ vltima pars illius re-
ſponſionis

ſponſionis non valet: quia in argumento ſancti Tho. nullum incidit ſophiſma nec fallacia vl' paralogiſmus: ↄceſſis his que arguens ↄcedit. Ipſe eni ↄcedit hoc añs q̄cunq; pfectius videt diuinã eẽntiã: plura videt in ea. Tunc recito argm̄ ſci Tho. de veritate. q. 20. arti. 5°. vbi arguit ſic p ↄne. (Quãto aliqđ pncipiũ vr̄ pfectiꝰ. tãto in eo plura cognoſcunt̃: ſʒ deus pfectius cognoſcit ſeipſ q̄ aia xp̄i. ergo plura in ſeipſo cognoſcit q̄ aia xp̄i cognoſcat in vbo: ſʒ deus nihil aliud cognoſcit in ſe q̄ illđ qđ eſt vel fuit vel futurũ eſt vel potuit eſſe vel fuiſſe vl' futurũ eẽ. ergo aia xp̄i nõ cognoſcit oĩa iſta.) Hec ille. Ex qbus pʒ q̄ iſta duo ſũt ↄuertibilia: q pfectius cognoſcit verbũ plura in verbo videt: ꝛ eõ. ꝛ per ↄñs arguendo ab vno ad aliud nullũ icidit ſophiſma. Idẽ dico de cognitione effectuũ in cã ꝛ ↄnum in pn°. Sicut tñ predictũ eſt: cognitio pluriũ effectuũ aliunde q̄ ex cognitiõe cauſe: vel ↄnũ pluriũ aliunde q̄ ex cognitiõe pncipij nõ infert perfectiorẽ cognitionẽ cauſe vel pncipij. Pʒ ergo ex pdictis q̄ ſi aliqs intellꝰ ex cognitione diue eſſentie videret oĩa deo poſſibilia: talis cõprehẽderet diuinã virtutẽ nõ ſolũ vt virtus eſt: ſʒ vt eẽntia vel ſubã eſt: ſecus eſt ſi talia cognoſceret cognitiõe veſpertina. Dicit̃ 10. q̄ alia que finalr̄ arguẽs adducit ad infirmandã ↄñaʒ ſci Tho. non valẽt. Qđ eniʒ dicit q̄ pnm̄ in quolibet gradu cognitũ eſt cã oĩum ↄnũ ꝛc. ſolutũ eſt ſupra: qꝛ lʒ in q̄libet gradu cognitũ ſit cauſa ↄnũ: non tñ in quolibet gradu cognitũ eſt actualis cã cognitiõis oĩum ↄnũ: ſʒ ſolũ in potẽtia vel habitu. Nec in quolibet gradu cognitum cognoſcit̃ vt cã oĩum ↄnũ. Qđ aũt addit vlterius q̄ pnm̄ pfectius cognitũ eſt cauſa pfectioris cognitionis ↄnuʒ: ſʒ non eſt cã cognitiõis pluriũ ↄnũ falſuʒ eſt: ꝛ ↄdicit illis que in eadẽ viſione ↄceſſerat: ꝛ pter hoc ↄdicit veritati. Et hec ſufficiant ad obiecta eiuſdẽ ↄ primã ↄnem. ¶ Ad ea que obijcit ↄ ſcđaʒ ↄnem dicit̃ primo q̄ argm̄ illa ſi aliqđ nõ pbãt aliud ↄcludũt niſi q̄ oĩa que hĩ vident in verbo vidẽt ſil'. ꝛ non vident mõ plura mõ pauciora nũc vnũ nũc aliud. Hoc aũt nõ eſt ↄ ↄcl'onẽ nr̃aʒ nec cõtra ſan. Tho. imo pro vna ↄcl'one quã ipſe ponit prima parte. q. 12. ar. 10. vbi ſic dicit. (Ea que videtur in vbo non ſucceſſiue ſʒ ſil' vident̃. Ad cuius euidentiam ↄſiderandũ eſt q̄ iđ nos non poſſumus ſil' multa intelligere: qꝛ multa p diuerſas ſpẽs intelligimus. Diuerſis at̃ ſpẽbus non põt intellꝰ vnus ſil' actu informari ad intelligendum per eas: ſicut nec vnũ corpus põt ſimul diuerſis figuris figurari. Vñ ↄtingit q̄ qñ aliqua multa vna ſpecie intelligi põt ſil' intelligunt̃: ſicut diuerſe partes alicuius totius. ſed ſi ſingule ꝓprijs ſpeciebus intelligantur ſucceſſiue intelligunt̃: ꝛ nõ ſil'. Oñiuʒ eſt aũt q̄ ea q̄ vident̃ in deo nõ vident̃ ſingula p ſuas ſilitudines: ſed oĩa per vnã eſſentiã dei. vñ ſil' non ſucceſſiue vident̃.) Hec ille. Silr̄ dicit de veritate. q. 8. art. 4. in ſol'one 7ᵉ ꝛ 14. ꝛ 15. vt ſuperius fuit recitatũ. Itẽ. q. 20. ar. 5. ſic dicit. (Quidã dixerũt q̄ aia xp̄i actu nõ videt oĩa q̄ deus põt facere: videt tñ in habitu: ita enim pfecte cognoſcit verbũ: vt quicqđ velit cognoſcere ↄuertẽdo ſe ad vbum eius cognitionẽ in vbo accipiat. Quia non ſp ſpeculetur oĩa in actu que põt in vbo cognoſcere. Sʒ iſtud non vr̄ verũ: qꝛ aia xp̄i ꝛ q̄libet hũs q̄tũ ad viſionẽ beatã. qua videt verbũ ꝛ res in verbo nõ patit̃ ſucceſſionẽ in intelligẽdo: qꝛ ſm Aug. 14. de trini. In patria nõ erunt cogitationes volubiles. vñ opʒ ponere q̄ aia xp̄i oĩa que habitu videt in verbo actu etiã in eo videat. Et huic cõſonat dictũ phi qui vult felicitatẽ non eẽ ſm habitum tm̃ ſed ſʒ actũ. Et pterea ſicut incõueniens eſt ponere operationem creatã vnam exiſtenteʒ extendentẽ ſe ad oĩa que deus põt facere. Ita etiã inconueniens eſt ponere reſpectu eorũdem vnũ habitũ creatum.) Hec ille. Silr̄ ponit 3°. ↄ genti. cap. 59. Dicit̃ ſcđo q̄ poſitio arguentis ponentis q̄ eodẽ actu quo vr̄ verbũ non videt̃ ab intellectu creato aliqua creatura cognitiõe ꝓpria diſtincta: ſʒ ſolũ vt in quodã obiecto ſupereminenti noua eſt ꝛ vana: ꝛ ↄ cõem doctrinã: ꝛ ↄ ſanctoꝝ auctoritates. Dicit̃ 3° q̄ illa diſtinctio triplicis noticie beatoꝝ: quã arguẽs ponit: quaꝝ primã dicit eſſe noticiã clarã viſionẽ diuine eſſentie. Scđaʒ vo vocat noticiam matutinã: que eſt creaturarũ cauſata a noticia verbi. Tertiã vo vocat veſpertinã q̄ eſt creaturarũ per ꝓprias ſpẽs voluntaria eſt ꝛ ↄ cõem doctrinã doctoꝝ: qui viſionẽ verbi ꝛ viſionẽ matutinã creaturarũ in verbo dicũt eſſe eundẽ actum realiter ꝛ non duos. Et pterea oĩa argta̅ que iſte facit ↄ ponentes creaturas videri ſucceſſiue in verbo ꝛ eodem actu quo vr̄ verbũ poſſũt reduci ↄ noticiam matutinaʒ quã iſte ponit. imo ↄtra viſionẽ clarã diuine eẽntie. Nã iſte ponit in dicta determinatione ſue ↄnis q̄ ex noticia btifica diue eſſentie tanq̄ ex cognitione cauſe vel pncipij reſultat cognitio matutina creaturarũ tanq̄ ↄnũ ex pn° ꝛ hoc nunc vnius creature nũc alterius: nũc pluriũ nũc paucioꝝ ſiue itenſiue aut remiſſiue ſine q̄cũq; mutatione vel alteritate btifice viſionis. Qđ non vr̄ intelligibile niſi dicat̃ ſicut dicebãt antiqui: q̄ viſio diue eẽntie ſe habet reſpectu hĩ per modum habitus quo. ſ. põt vti ad īfinita ꝛ q̄ equpollet vni actui vel habitui infinito qđ eſt iprobabile. Et iſta ſufficiũt ad obiecta ↄ ↄnes. ¶ Ad argumentũ principale pro ↄcluſione patuit ſuperius viſio per predicta. Et hec de q̃ne ſufficiant. De q̄ in eternũ benedictus deus. Amen.

Diſtin. L.

¶ Utrum anima a corpore ſeparata aliquid cognoſcat vel intelligat. Q̃. I.

CIrca 50ᵐ diſtinctiões 4ⁱ. ſen. ꝛ vltimã q̃rit̃ p°. Utruʒ aia a corpe ſepata aliqđ cognoſcat vel intelligat. Et arguit̃ q̄ nõ: qꝛ ſi aia ſepata aliqđ intelligit: opʒ q̄ p aliq̄s ſpẽs intelligat. Sʒ non intelligit p ſpẽs inatas: qꝛ a pn°ẽ ſicꝫ tabla raſa in q̄ nihil ẽ ſcriptũ. Neqʒ p ſpẽs q̄s abſtrahit a rebꝰ: qꝛ nõ hʒ organa ſenſus ꝛ imaginatiõis qbꝰ mediãtibꝰ ſpẽs intelligibiles abſtrahunt̃ a rebꝰ: neqʒ ẽt p ſpẽs pꝰs abſtractas ꝛ in aia cõſeruatas: qꝛ ſic pueri nihil intelligerẽt poſt mortẽ. Neqʒ ẽt p ſpẽs intelligibiles diuinus iſtuxas. Hec. n. cognitio nõ eẽt nãlis: de q̄ nunc agit̃: ſed gr̃e. ergo aia a corpe ſeparata nihil intelligit.

In oppoſitũ arguit̃: qꝛ phs dicit in p de aia: q̄ ſi nõ eſt aliq̄ operationũ aie propria nõ cõtingit ipſam ſeparari: ↄtingit aũt aiaʒ ſeparari. ergo hʒ aliquã operationẽ propriã: ꝛ maxime eã que eſt intelligere. ergo intelligit ſine corpore exiſtens.

In hac q̃ne erũt tres artiˡˡ. In p ponẽt ↄnes. In 2° obiectiões. In 3° ſol'ones.

Quantũ ad primũ articuluʒ ſit prima concluſio. Aia ſeparata poteſt naturaliter aliquid intelligere. ¶ Scđa. Anima ſeparata nihil intelligit p ſpecies acceptas a rebus cognitis aut abſtractas ab eis poſt ſuam a corpore ſeparationẽ: vel in ſtatu talis ſeparationis. ¶ Tertia. Anima ſeparata quandoqʒ intelligit per ſpecies: quas recepit a rebus dum erat in corpore. ¶ Quarta. Anima ſeparata quandoqʒ intelligit per ſpecies in ipſa ſui ſeparatione a corpore ſibi diuinitus infuſas. ¶ Quinta. Anima ſeparata quandoqʒ intelligit videndo ſubas ſeparatas: ꝛ in eis reꝝ ſpecies. Has qnqʒ ↄnes ponit ſanctus Tho. de veritate. q. 19. arti. pmo. vbi

T.c.13. ſic dicit. (Pħs dicit pmo de aia. Si nulla operationuꝫ
anime eſt ei propria: vt.ſ. poſſit eam ſine corpore babe-
re. impoſſe eſt eam animā a corpore ſeparari. Opatio.n.
cuiuſlibꝫ rei eſt quaſi finis eiuſ: cum ſit optimū in ipſa.
Unde ſicut firmiter ſm fidē catholicaꝫ ſuſtinemus ꝙ
aia poſt mortē remaneat a corpore ſeparata: ita ēt ſuſti
nere neče eſt ꝙ ſine corpe exiſtens itelligere poſſit. Sꝫ
modū itelligēdi difficile eſt ꝯſiderare: eo ꝙ neceſſe eſt
eā ponere bēre aliū modū intelligendi ꝙ̄ nunc bēat: cū
manifeſte appeat ꝙ intelligere nō poſſit niſi ad fantaſ-
mata ꝯuertat: que poſt mortē oīno nō remanent. Qui-
dam eni dixerūt ꝙ ſicut nūc a ſenſibilib⁹ rebus ſpēs ac-
cipit mediātib⁹ ſenſib⁹: ita tūc accipe poterit nullo ſen-
ſu interueniente. Sꝫ hoc vr̄ impoſſe: qꝛ ab extremo in ex-
tremū nō fit trāſitus niſi per mediū: ſpēs aūt in ipſa re
ſenſibili hꝫ eſſe maxie mālē: in intellu ā ſūme ſpūale:
vn̄ opꝫ ꝙ in hāc ſpūalitatē tranſeat mediātib⁹ qbuſdā
gradibus: vt pꝫ ꝙ in ſenſu hꝫ eſſe ſpūalius ꝙ̄ in re ſenſi
bili. In imaginatiōe autē adhuc ſpūalius ꝙ̄ in ſenſu: et
ſic deinceps aſcendēdo. Un̄ alij dicunt ꝙ p ſpēs reruꝫ
a ſenſibilib⁹ receptas dū erat in corpore ⁊ in ipſa aia cō
ſeruatas poſt mortē itelligit. Sꝫ hec opinio a qbuſdā ſe
quētibus opinionē Auicē. improbaṫ. Cū eniꝫ aia itelle-
ctiua non vtaṫ organo corpali rōne intellū non pōt ali-
qd eſſe in pte intellectiua aie: niſi in rōne intelligibilis.
In virtutibus aūt vtētibus organo corporali pōt aliqd
ꝯſeruari nō in rōne cognoſcibilis: ſꝫ ſicut in quodā cor-
porali ſubiecto: rōne cuius ꝯtingit ꝙ quedā potētie ſen
ſitiue ſūt: que nō ſp apprehēdūt ſpēs vel itentiones in
ſe ꝯſeruatas: ſicut pꝫ in imaginatōe ⁊ memoria: ⁊ ſic vr̄
ꝙ in parte itellectiua nihil ꝯſeruet niſi qd actu apphē-
diṫ: ⁊ ſic nullo mō p ſpēs prius receptas a rebus aia poſ-
ſit poſt mortē intelligere. Sꝫ hoc non vr̄ verū: qꝛ oē qd
recipitur in aliquo recipiṫ in eo per moduꝫ recipientis:
cū ſuba imaterialis bēat eē magis fixū ⁊ ſtabile ꝙ̄ ſub
ſtantia corpea: in pte itellectiua recipiunṫ ſpēs firmius
⁊ imobilius ꝙ̄ in aliq̄ re māli. Et ꝙ̄uis recipianṫ in ea
ſm rōnē intelligibilis: nō tn̄ opꝫ ꝙ ſp actu intelligantṫ:
qꝛ nō ſp ſunt in ea in actu pfecto: nec in potentia pura:
ſꝫ in actu cōpleto qui eſt medius iter potētiā ⁊ actū qd
T.c.6. eſt eē aliqd habitualr in intellu. vn̄ ⁊ pħs vult 3°. de aia
ꝙ aia ſit locus ſpecieꝝ: vtpote eas recipiens ⁊ ꝯſeruāſ.
ſꝫ tn̄ hᵉ ſpēs recepte prius ⁊ ꝯſeruate nō ſufficiūt ad co
gnitionē: quā neceſſe eſt ponere in aia ſeparata. Tū pp
aīas pueroꝝ. Tū etiam pp hoc ꝙ multa erunt cognita
ab aia ſeparata: que nūc nō cognoſcunṫ a nobis vt pene
iferni ⁊ alia hᵉ. Et iō alij dicūt ꝙ aia ſepata ꝙ̄uis a re-
bus nō accipiat: hꝫ tn̄ poteſtatē vt ſeipſaꝫ rebus cogno-
ſcēdis ꝯformet apud rerū pñtiā: ſicut videmus ꝙ ima-
ginatio aliq̄s formas cōponit ex ſeipſa: ꝙ̄s nunꝙ̄ p ſen-
ſus accepit. Sꝫ hoc nō pōt: qꝛ impoſſe eſt ꝙ ſit idē aliqd
qd educat ſe de po° in actū: aia aūt n̄ra eſt in po° ad ſili-
tudines reꝝ qbus cognoſcat. vn̄ opꝫ ꝙ efficianṫ in actu
nō per ipſaꝫ aiam: ſꝫ per aliqd quod hꝫ illas ſilitudines
in actu vel p res ipſas vel per deū in quo ſūt oēs forme
in actu. Un̄ nec ēt imaginatio aut intellꝰ aliq̄s formaꝫ
cōponit de nouo niſi ex aliqbus pexiſtentib⁹: ſicut cōpo
nit formā montis aurei ex pexiſtētib⁹ ſilitudinibus au-
ri ⁊ mōtis. Et iō alij dicunt ꝙ forme: qbus aia ſepata in
telligit ſunt ei ipreſſe a deo ab ipſa ſua creatione: p quas
ſm quoſdā itelligimus ⁊ nūc: ita ꝙ p ſenſus non requi
runṫ noue ſpēs aie: ſꝫ tm̄ mō excitatur aia ad ſpēs quas
hꝫ apud ſe itnendas ſm ꝙ Platonici dixerūt ꝙ addi-
ſcere nihil erat niſi reminiſci. Sꝫ huic opinioni experiē
tia ꝯdicit. Uidemus.n. ꝙ qui caret vno ſenſu: caret vna

ſcia. vtpote carens viſu nō pōt bēre ſcientiā de colorib⁹
qd non eſſet ſi anima nō indigeret a ſenſibus accipere
ſpecies qbus cognoſcat. Scdꝫ alios vo per has ſpēs cō-
creatas aia corpori ꝯiuncta nihil itelligit a corpore ſpe-
dita. intelliget aūt per eas a corpore ſeparata. Sed hoc
ēt durū vr̄ vt ſpēs: que nāliter indite ſūt aie: totaliter a
corpore impedianṫ: cum tn̄ ꝯiunctio corpis ad aīaꝫ nō
ſit accidētalis aie ſꝫ nālis. Non.n. inuenimus duoꝝ: que
ſunt nālia vni rei eē vnū totalr ipeditiuuꝫ alterius: alˀ
alterū eſſet fruſtra. Diſſonat ēt hec poſitio ab opinione
pħi. 3°. de aia qui cōparat intellꝫ aie humane tabule in
qua nihil eſt ſcriptū. Et iō aliter dōm eſt: ꝙ vnūqdqꝫ re
cipit influentiā a ſuo ſupiori p modū ſui eē: eſſe autē aie
rōnali acqriṫ quodāmō medio iter formas ſeparatas ⁊
formas māles. Forme eniꝫ ſeparate.ſ. angeli recipiūt a
deo eē nō depēdens ab aliq̄ mā nec in aliq̄ mā. Forme
vo māles eē a deo recipiūt ⁊ in mā exiſtēs ⁊ a mā depē
dens: qꝛ ſine mā cōſeruari nō pōt. Aie vo rōnali acqriṫ
eē a deo in mā quidē exiſtēs: in quātū eſt forma corpis:
ac p hoc ſm eē corpori eſt vnita: nō aūt a corpore depē-
dens: qꝛ eſſe aie ſine corpore ꝯſeruari pōt. Et iō influen
tiam a deo medio mō recipit aia rōnalis iter angelos ⁊
ſubas māles. Recipit eni intellectuale lumen hoc mō
vt eius itellectiua cognitio habeat ordinē ad corpus in
ꝙ̄tū a corporeis potētijs accipit: ⁊ ad eas reſpicere hꝫ in
actu ꝯſiderādo in quo inferior angelo inuenitṫ: ⁊ tn̄ hoc
lumē nō eſt corpori obligatū vt eius opatio p organuꝫ
corporeū cōpleaṫ: in quo inenitṫ ſuperior oī forma māli
q̄ non operatur niſi operatiōe cui cōicat mā. Sꝫ qn̄ aia
erit a corpore ſepata: ſicut eē ſuum hēbit neqꝫ a corpore
depēdēs: neqꝫ in corpe exiſtēs: ita etiā influentiā itelle-
ctualis cognitiōis recipiet: vt nec ſit corpori obligata ꝙ̄-
ſi p corpus exerceaṫ: neqꝫ oīno aliquē ordinē ad corpus
bēat. Et iō qn̄ aia pmo creata corpori īfunditṫ: non daṫ
ei aliqd de itellectuali cognitiōe niſi p ordinē ad corpo
reas potētias. vtpote ꝙ p intellm̄ agenteꝫ poſſit facere
fantaſmata itelligibilia in actu q̄ ſūt po° intelligibilia: ⁊
p intellm̄ poſſm recipe ſpēs itelligibiles ſic abſtractas.
Et inde eſt ēt ꝙ ꝙ̄diu hꝫ eſſe ꝯiunctū corpi in ſtatu hu
ius vie nō cognoſcit ēt illa: quoꝝ ſpēs in ipſa ꝯſeruanṫ
niſi inſpiciēdo ad fantaſmata. Et pp hoc ēt nec aliq̄ re-
uelationes ei diuinitus fiunt niſi ſub ſpēbus fantaſmatū:
nec ēt ipſas ſubas ſeparatas itelligere pōt. vtpote q̄ ſuf-
ficiēter p ſenſibiliū ſpēs cognoſci non pñt. Sꝫ qn̄ hēbit
eē a corpore ſeparatū: tūc recipiet influētiā itellectualis
cognitōis hoc mō: quo angeli recipiūt ſine aliquo ordi-
ne ad corpus: vt.ſ. ſpēs reꝝ ab ipſo deo recipiat: nec opor
teat ad itelligēdū i actu p has ſpēs vl̄ p eas q̄s acqſiuit
prius ad aliq̄ fantaſmata ꝯuerti. Poſſet nihilominꝰ ipas
ſubas ſepatas vl̄ angelos vl̄ demones nāli cognitōe vi
dere: ꝙ̄uis nō deū: qd nulli creature ꝯcediṫ ſine grā. Ex
qbus colligi pōt ꝙ aia poſt mortē trib⁹ modis itelligit.
Uno mō p ſpēs quas recepit a rebus dū erat in corpe. Aia ſeparata tribus modis intelligit.
Alio° per ſpēs in ipſa ſua ſeparatiōe a corpore ſibi infu-
ſas. 3° mō vidēdo ſubas ſepatas ⁊ in eis ſpēs reꝝ intuē
do. ſꝫ hoc vltimū nō ſubiacet ei⁹ arbitrio: ſꝫ magis arbi
trio ſube ſepate q̄ itelligētiā ſuā aperit loquēdo: ⁊ clau-
dit tacēdo.) Hec ille. Eādē ſniaꝫ ponit 4°. ſen. diſ. 50. q.
1. ar. p. vbi ſic dic. (Ponētib⁹ intellꝫ a potētijs ſenſitiuis
differre: neceſſe ē ponere intellꝰ ſubaꝫ incorruptibilē eē
eo ꝙ neceſſe eſt eū imālē ponere: nec ſꝫ eſſe a mā depē
dentē. Oēm aūt hᵉ ſubaꝫ neceſſe eſt incorruptibilē eē:
quia materia inquantū poteſt eſſe ſubiectum priuatio-
nis et forme eſt corruptionis cauſa in rebus materiali-
bus. Ideo dicit pħus primo de anima ꝙ intellectus vi-
detur

detur eſſe quedã ſubã ⁊ non corrumpi. Quidã vo hunc
intellm incorruptibilẽ dixerunt non eẽ partẽ aĩe huma
ne: ſʒ eẽ aliquã ſubam oĩno a corpore ſeparatã: aĩam vo
humanã non dici intellectiuã niſi ſm quãdã participa/
tionẽ intellectualitatis ex refulgẽtia intellꝰ ſeparati ſup
ipſam. Vñ deſtructo corpore aĩa humana nec remane/
bat: nec itelligere aliqd poterat. Sʒ hoc vr̃ eẽ ↄ̃ itentio/
nem phĩ. Dicit eni in 2°. de aĩa de intellu loquẽs ꝙ itel
lectus vr̃ alterũ genus aĩe eẽ: ⁊ hoc ſolũ cõtingit ſepara/
ri ſicut ꝑpetuum a corruptibili. In. xi°. ẽt meta^{ce} dicit ꝙ
aĩa ẽ talis diſpõnis. vt. ſ. poſſit ſeparari nõ tota: ſʒ itellꝰ.
Ex quo pʒ ꝙ intellm qui eſt pars aĩe ponit a corpore ſe/
parari: ⁊ iõ opʒ animã intellectiuã. que eſt aĩa humana
poſt corpꝰ remanere: ſicut fides ponit: ⁊ ꝑ ↄ̃ñs neceſſe ẽ
ꝙ intelligat: cum intelligere ſit eius ꝓpria operatio. Sʒ
qũo intelligat diuerſimode a quibuſdã ponit̃. Quidaʒ
eni dicunt ꝙ aĩa ſeparata a rebus cognitionẽ accipit: ſi
cut ⁊ nunc facit. Sʒ hec opinio vr̃ oĩno irrõnabilis. Aĩa
eni humana a corpore ſeparata nõ poterit vti potẽtijs
ſenſitiuis: cũ harũ potẽtiarũ actus ꝑ organa corporea
neceſſe ſit exerceri. vñ non erit niſi in vſu potẽtiaꝝ itel/
lectiue partis. Intellꝰ aũt nõ eſt natus accipe cognitio/
nẽ a rebus ſenſibilibus imediate: ſʒ mediantibus potẽ/
tijs ſenſitiuis: cũ oporteat eẽ quãdã conuenientiã inter
recipiens ⁊ receptũ. Spẽs autẽ in ſenſibus exiſtẽtes ha
bent ↄuenientiã ⁊ cũ intellꝰ inquãtũ ſũt ſine mã: ⁊ cum
rebus mãlibus inquãtũ ſunt cũ ↄditionibus mãe. Vñ
ↄuenienter ſenſus a rebꝰ mãlibus accipit: ⁊ itellꝰ a ſenſi/
bus. Nõ aũt intellꝰ imediate a rebus mãlibus. ⁊ iõ nõ
põt poni ꝙ aĩa ſeparata cognitões accipiat a rebus mã
libus. Nec ſufficit in ea ponere ſolã cognitionẽ q̃ fuit a
ſenſibus accepta in corpore ꝑꝑ aĩas puerorũ deceden/
tiũ in maternis vteris q̃ a ſenſibus cognitionẽ nõ acce/
perunt. Et iõ alij dicunt ꝙ ſicut angelus hʒ apud ſe for
mas innatas cauſaꝝ vniuerſitatis ⁊ aĩa a ſua creatione.
ſʒ dũ eſt in corpe a corpe opp̃mit̃: vt illis formis vti nõ
poſſit ad itelligẽdũ. Sʒ vtit̃ formis q̃s a ſenſu accipit:
vel ẽt ipſis formis innatis ſm q̃ſdã qui poſuerũt ꝙ ad/
diſcere nõ eſt aliud q̃ʒ reminiſci. ſed poſtq̃ʒ fuerit a cor/
pore ſeparata: vtet̃ illis formis innatis. Sʒ illud ↄ̃dicit 3°. de aĩa. T.c.13.
ſnĩe phĩ qui dicit intellm humanũ eẽ ſicut tabula in q̃
nihil ſcriptũ eſt. Contradicit ẽt experiẽtie q̃ experimur
nos nihil poſſe itelligere: niſi ex p̃acceptis a ſenſu manu
ducamur ad intelligẽduʒ. Nec eẽt ꝓbabile ꝙ cum aĩa
nãliter corpori vniatur totalr̃ ipediret̃ ꝑ ↄiunctionẽ ad
corpus: ne formis innatis vti poſſit. Sʒ hoc conſonã vi
deret̃ opiniõi illoꝝ qui poſuerũt aĩam ante corpus crea
tã: ⁊ poſtea corpori actualr̃ ↄiunctam. Nõ eni ea q̃ vni
⁊ eidẽ rei nãliter inſunt ita ſe hñt ꝙ vnuʒ totalr̃ impe/
diat alterum: alias in nã eẽt aliqd ocioſum. Et iõ aliter
dõm ꝙ aĩa in ſua creatiõe nullas hʒ formas ↄcreatas.
Nec ad hoc ꝙ poſt ſeparationẽ a corpore intelligat re/
quirunt̃ aliq̃ forme a rebus accepte vel tunc vel prius.
Sʒ intelliget loquẽdo de nãli cognitione ꝑ influentiã a
ſubſtãtijs ſupioribus deo. ſ. vl̃ angelis. et loquor de nã/
li influẽtia. Et hoc ſic pʒ. Intellꝰ eni nr̃ eſt medius iter
ſubas intellectuales ⁊ res corporales. Vñ aĩa intellecti
ua dicit̃ eẽ creata in oriçonte eternitatis vt dicit̃ in lib.
de cauſis. Et hoc iõ: qꝛ ipſa ꝑ intellm attingit ad ſubas
intellectuales. Inquãtũ vo actus corpis ↄtingit res cor
porales. Oẽ ãt mediuʒ quãto magis appropinquat vni
extremorũ: tanto magis recedit ab alio: ⁊ quãto magis
recedit ab vno tãto magis alteri appropinquat. Vñ cũ
aĩa noſtra in ſtatu vie magis appropinquat ad corpus
ꝓpter eius actus exiſtẽs non hʒ reſpectũ ad res intelle
ctuales niſi aliquo mõ cõtingẽdo corpus. Et ꝓpter hoc
anima in ſtatu huius vie nõ recipit influẽtiã a ſuperio/
ribus ſubſtãtijs niſi vt cognoſcat ſub ſpẽbus a ſenſibus
acceptis. vñ dicit Diony. primo ca. cel. hierar. ꝙ non eſt
poſſibile nobis aliter in hac vita ſupluceré diuinuʒ ra/
diũ: niſi cum varietate formarũ ſenſibiliũ. Et iõ etiã
in hac vita quãto aĩa a corpore magis abſtrahit̃: tanto
magis a ſubſtantijs ſpiritualibus influxuʒ cognitionis
recipit. Et inde eſt ꝙ quedam occulta cognoſcunt̃ in
dormiẽdo ⁊ in exceſſu mẽtis qñ aĩa a ſenſibus corpora/
libus abſtrahit̃. Vñ quãdo actu erit a corpore ſepara/
ta: erit paratiſſima ad recipiẽdũ influentiã a ſubſtãtijs
ſuperioribus. ſ. deo ⁊ angelis. Et ſic per hꝰ influẽtiã co/
gnitionẽ hẽbit maiorẽ vel minorẽ ſcdm modũ natura/
lis capacitatis ipſius. Et ſicut etiã Cõmẽtator ſup libꝝ
de aĩa: qui ponit intellm poſſibilẽ eẽ ſubſtantiã ſepara/
tam q̃uis in hoc erret: tñ q̃tum ad hoc recte dicit ꝙ ex
hoc ꝙ ponitur ſubſtantia ſeparata hʒ reſpectũ ad alias
ſubſtantias ſpũales ſuperiores vt eis intelligat. Sʒ ſm
illum reſpectũ quo cõparatur ad corpus nr̃m recipien/
do ſpẽs a fantaſmatibus: non coniungit̃ ſubſtantijs al/
tioribus. Hec ille. Siles probationes ponit prima par
te. q. 89. art. p̃. et in q̃onibus de aĩa. q. 15. Ex qbus poſſũt
formari rões pro p̃dictis ↄ̃nibus. ¶ Pro prima qui
dẽ arguitur ſic. Phs dicit in ſcdo celi ⁊ mũdi: ꝙ oĩs res T.c.17.
eſt ꝓpter ſuaʒ operationẽ. vñ re remanẽte remanet eiꝰ
operatio. Et hoc eſt qd Auicẽ. dicit ꝙ nulla ſubſtantia
ẽ ocioſa. Si ergo aĩa poſt mortẽ remanet ſicut fides po
nit. opʒ ꝙ aliqua eius operatio remaneat: qꝛ vt dicit̃ p̃/ T.c.12.
mo de aĩa. Si nulla ꝓpria eſt ei operatio ſine corpore
non contingit eam ſeparari: ſed intelligere eſt operatio
maxime ꝓpria anime. ergo aĩa ſeparata aliqd intellige
re põt. ¶ Pro ſcda ↄ̃ne arguit̃ ſic. Nulla ſubſtantia ca
rens organis ſenſuũ ⁊ oĩ potentia ſenſitiua põt abſtra/
here aliquã ſpẽm ab obiectis mãlibus. ſʒ aĩa ſeparata
eſt hꝰ: ergo ⁊c̃. ¶ Pro 3° ↄ̃ne arguit̃ ſic. Qd recipitur in
aliquo recipit̃ in eo ad modũ recipientis: ſʒ aĩa rõnalis
eſt incorruptibilis ⁊ ꝑpetua. ergo ſpecies intelligibiles
quas a ſenſibus accipit remanẽt in eo poſt ſeparationẽ
a corpore. Fruſtra aũt remanerẽt niſi ꝑ eas itelligeret.
ergo aĩa ſeparata itelligit per formas p̃us in corpore a
ſenſibꝰ acceptas. ¶ Pro 4° ↄ̃ne arguit̃ ſic. Oĩs ſuba in
tellectualis ſeparata recipit influxũ ſpecieꝝ intelligibi
lium a deo: qbus intelligit. ſed aĩa intellectiua ſeparata
a corpore eſt hꝰ ergo. ¶ Pro 5° ↄ̃ne arguit̃ in eadẽ vir
tute. Qꝛ ſubſtantie ſeparate inferiores itelligunt ꝑ illu/
minationẽ ſubaꝝ ſeparataꝝ ſuperiorũ: ſʒ aĩa a corpore
ſepata aſſimilat̃ angelis in mõ eẽndi ⁊ recipiẽdi ⁊ itel/
ligẽdi. igit̃. Et in hoc p̃mus articulus terminat̃.

Quantũ ad ſecundũ articulũ arguendũ eſt cõtra Contra q̃tu
premiſſa. Et quidẽ contra quattuor con/ or vltias con
cluſiones vltimas arguit Scotus in ſimul probando: ꝙ cluſiones ar/
anime ſeparata non omnia que intelligit itelligat per guit Sco. 4.
ſpecies prius in corpore acquiſitas: vel poſtea in ſepara d. 45. q. 2.
tione ſibi influxas: ita ꝙ nullam acquirat extra corpus. T.c.50.
Primo quia ⁊ ſi nõ eſſet alia ratio: niſi ex iſtis duobus
principijs: quorũ primũ eſt ꝙ plura non ſunt ponenda T.c.59.
ſine neceſſitate ⁊ accipitur a phõ primo phyſicoꝝ. ſcdʒ
eſt ꝙ de nulla natura ponẽdũ eſt: qd derogat eiꝰ digni
tati: niſi ſit euidẽs ex alio cõuenienti nature ꝙ illud ſibi
repugnat. Et illud accipi poteſt a phõ ſcdo de gñatiõe.
Semꝑ inquit dicimus naturã deſiderare illud qd me
lius ẽ. ⁊ ſic in toto vniuerſo ita in q̃libet eiꝰ pte ponẽdũ
eſt magis illud qd eſt ſibi melius. ſi nõ euidenter appa
reat illud ſibi nõ cõuenire. Nunc aũt hic ponit̃ pluralit

tas ſine neceſſitate:qꝛ tales ſpēs influxe a deo vel ange
lis fruſtra ponunt̄:qꝛ iſta nā̄ ſufficiēter hꝫ in ſe vī̄ poſ-
ſit attingere ad ſuā̄ propriā̄ ꝑfectionē ſine talib⁹ datis
ī fuſis vel a deo vel ab angelis. Vn̄ hoc nō vr̄ niſi quidā̄
recurſus ad deū vel ad angelos ꝓ hoc ꝙ nō capit̄ perfe
ctio illi⁹ nāe in ſe. Hec ēt opinio viliſicat nām̄ aīe intel
lectiue. Sicut eni ſimplr̄ eſt nā̄ vilior:que nullā opera
tionē hꝫ:ita ꝓportionabilr̄ illa vr̄ eſſe vilior que in ope-
rationē ſibi ꝯuenientē non pōt q̄ illa que pōt. Aīa aūt
ſeparata ſm̄ te ex ſibi īntrinſecis ēt cum obiectis ꝯcurrē
tibus non pōt in aliq̄ opatōez ſibi ꝯuenientē:niſi deus
vel angeli dent ſibi tales ſpēs. Lapis aūt ex ſibi intrin
ſecis ſine tali īfluxu mendicato pōt in opatōez ſibi pro
portionatā:qꝛ deſcēdit deorſuꝫ ⁊ ibi q̄eſcit. ergo magis
viliſicat̄ aīa ſꝫ ꝓportionē ad ſuā nobilitatē q̄ nā̄ lapi-
dis. ❡ 2° ſic. Qꝛ tu tenes alibi ꝙ duo accidētia eiuſdē
ſpēi non pñt ſil̄ eſſe:illa aūt ſpēs lapidis vt obiecti īflu-
xa eſt eiuſdē ſpēi cū ſpecie īntelligibili acq̄ſita in corpore
ab aīa. Hec ergo vel illa influxa nō poterit manere: vl̄
oportebit ſpēꝫ hic acquiſitā nō manere. Sꝫ ſcōꝫ eſt fal-
ſum:qꝛ ſi ſubiectū ꝓpriū illi⁹ ſpeciei ſit īcorruptibile:et
ipſa ſpēs in ſe poſſit īcorrupta manere:ſequit̄ ꝙ iſta ma
nebit. ergo nō dabit̄ iſti a deo vel angelo alia ſpēs lapi-
dis:⁊ ꝑ ꝯñs vl̄ nūq̄ poterit īntelligere lapidē:vel poterit
īntelligere per ſpēm priorē acceptā a rebus:qḋ negatur.
Si dicas nō dari ſpēm aīe habēti prius ſpēm acq̄ſitaꝫ
non vr̄ rōnabile:ꝙ illa ſpē ꝑfecta qualis dat̄ alteri nō
habēti careat iſta aīa ⁊ ſaltē hoc hr̄ ꝯ̄ opinioneꝫ ꝙ aliq̄
intellectio eſt tunc per ſpēm ꝑus a re acceptā. Si dicas
formā infuſam ⁊ acquiſitā differre ſpē. ſicut virtutē acq̄
ſitam ⁊ infuſaꝫ:que ſūt ſil̄ non vꝫ ſilitudo. Tū qꝛ ſuppo
ſitū de illis virtutib⁹ eſt falſuꝫ. Tū qꝛ non eſt ſile: quia
virtus īfuſa hēbit aliā propriā regulā q̄ acquiſita:vt ex
alietate regule poſſet poni alia virtus ſm̄ ſpēm:qꝛ vtus
in eēntiali rōne virtutis dependet a regula cui ꝯforma
tur:hic aūt nō poterit aſſignari dr̄ia ſpecifica ſpēi īfuſe
⁊ acq̄ſite:qꝛ nō eſt hic dr̄ia niſi tantūmō ꝑncipij effecti-
ui vel modi efficiēdi:talis āt non diſtinguit ſpē. vt dicit
Aug. 3°. de trini. cap. 9. ❡ 3°. Qꝛ actiuo ſufficiēti ⁊ paſſi-
uo ſufficiēter approximatis pōt ſequi effectus:⁊ ſi agēs
ſit nālīter agēs:ſequit̄ effectus. Nunc aūt aīa ſeparata
habēte lapidē vel aliud obiectum ſibi pñs concurrunt
hec oīa agens ſufficiēs ⁊ paſſum ſufficiēs ꝓportionatuꝫ
reſpectu ſpēi īntelligibilis talis obiecti:per quā̄ hr̄ cogni-
tio abſtractiua. hc̄ probat̄: qꝛ intellꝰ agens cū obiecto
eſt cā actiua ſpēi intelligibilis talis obiecti ꝑ quā hr̄ ta-
lis cognitio:nec minus cū obiecto ex̄ q̄ cū fantaſmate
de quo tu ꝯcedis:qꝛ nihil eſt in fantaſmate ꝓꝓ qḋ ſuffi-
ciat ad cauſandā ſpēm intelligibilē qn̄ eminentius iſte
res:cuius eſt fantaſma:intellꝰ autēꝫ poſſibilis eſt ſuffi-
cienter receptiuus. ❡ 4°. Qꝛ aīa ſeparata pōt hēre co-
gnitionē intuitiuā de rebus:ſꝫ ad illā nō ſufficit ſpēs in-
telligibilis nec fantaſma:qꝛ fantaſma repreſentat rem
exiſtentē ⁊ non exiſtentē:ꝑſentē vel non preſentē : ⁊ per
ꝯñs ꝑ ipſaꝫ nō pōt hēri cognitio de re vt exiſtente in ꝓ-
pria nā̄ vel de exiſtentia ꝑſente. Talis aūt cognitio:que
dr̄ intuitiua pōt dici īntellectiua. alioqn̄ intellꝰ nō eſſet
certus de exiſtētia alicuius obiecti. ſꝫ nec intellectio in-
tuitiua pōt hēri per ſpēm:qꝛ illa repreſentat indifferē-
ter rē exiſtentē ⁊ non exiſtentē. preſentē ⁊ nō ꝑſentē. Et
ex hoc ſequit̄ ꝙ ꝑ ſolas ſpēs influxas a deo vel angelis
nō eſt poſſibilis aīe ſeparate cognitio ītuitiua. Si ergo
illa eſt poſſibilis aīe ſeparate:ſequit̄ ꝙ erit de re in ſe ⁊
nō per ſpēm influxā. Etiā diſtantia īmoderata obiecti
īpedit iſtā intellectōeꝫ intuitiuā obiecti:qꝛ ſm̄ Augu. in

lib. de cura ꝓ mortuis agenda. Ille aīe neſciunt que hic
agunt̄ niſi diſcāt ab angelis vel ab aīab⁹ alijs de nouo
ad eas veniētib⁹:que illa q̄ hic nouerūt pñt dicere illis:
ſicut Joan. bapti. ꝑdixit aīabus ſcīs in limbo xp̄m eſſe
deſcenſurū:ſicut exponit Greg. illā q̄ōnē ei⁹ Matth. 10.
Tu es q̄ vēturus es. Nunc aūt ſi ꝑ ſpēs īfluxas cogno-
ſceret illas ꝯditōes ex ꝑte reꝝ:mō oporteret talia nun-
ciari eis a ſcīs vel angelis aīabus. ❡ 5°. Qꝛ illa ꝓbatio
tue opinionis ꝓ parte negatiua. ſ. ꝙ aīa non pōt recipe
ſpēs a rebus:qꝛ nō eſt ꝯuenientia inter recipiens ⁊ rece-
ptū non vꝫ:qꝛ vel eſt ex q̄tuor terminis vel nō ꝯcludit
propoſitū:vel vna ꝓpoſitio erit falſa. Si eni accipiatur
ꝓ maiori ꝙ opꝫ eſſe ꝯuenientiā iter recipiēs ⁊ receptuꝫ
⁊ ꝓ minore ꝙ res māl̄is non hꝫ ꝯuenientiā cū intellectu
ſolū ſequit̄ ꝙ intellꝰ non recipit rē mālem:nec ecōtra.
Si aūt ꝯcludas qḋ intellꝰ nihil recipiat a re māl̄i : erit
ex q̄tuor terminis:qꝛ illum predicatū nō fuit in maio-
ri. Si autē non accipias illa maiorē primā ſed iſtam. ſ.
opꝫ eſſe ꝯuenientiā inter recipiēs ⁊ illud a quo recipit.
Dico ꝙ magis ꝓprie diceret̄ eſſe ꝓportionē q̄ ꝯuenien
tiam:qꝛ recipiens hꝫ rationē paſſi:⁊ illud a quo recipit
rationē agentis:agens aūt ⁊ paſſum opꝫ eſſe ꝓportiona
bilia:non aūt ꝯuenientia ꝓprie niſi extēdendo ꝯuenien
tiam ad ꝓportionē. Immo ꝓportio eorū req̄rit diſcon-
uenientiā:qꝛ requirit̄ ꝙ vnū eoꝝ ſit in actu tale:⁊ aliud
in potentia tale. Sic ergo illa aᵃ nota falſa erit:ſi intel-
ligatur de ꝯuenientia ꝓprie dicta:vel ſi extendas ꝯue-
nientiā ad proportionē:concedatur. Et tunc hᵃ. ſ. res ex̄
non hꝫ ꝯuenientiā illo mō cum intellꝰ erit falſa. Eſt. n.
in actu virtuali talis qualis eſt intellꝰ in potētia forma
li. ❡ Confirmat̄ dupl̄r. Primo qꝛ tu ꝯcedis fantaſma
hēre talem ꝯuenientiā ad intellm̄:⁊ tñ fantaſma eſt op
poſite cōditionis ad illud qḋ recipitur in intellꝰ in hoc
ꝙ non repreſentat obiectū niſi vt hic ⁊ nūc:qḋ intelligit̄
vō ſub rōne vl̄is eſt abſtractū ab iſtis cōditionib⁹. Nec
illa alia cōuenientia. ſ. ꝙ fantaſma eſt ſine mā̄ extrinſe-
ca:facit ꝙ fantaſma eſt actiuū. Eſt eni vere in materia
hoc eſt in organo extenſo:⁊ tantū īpediret actionem in
intellm̄ exiſtere in hac mā̄ extenſa:quantuꝫ ſi exiſteret
in illa mā̄ extrinſeca. Sed tantūmō per hoc fantaſma
agit in intellm̄ poſſibilē:qꝛ eſt repñtatiuū obiecti. er-
go eque poterit iſta res in ſe : qꝛ eque ē repñtatiua ſui.
Et hoc credo eſſe verū: qꝛ lꝫ intellꝰ poſſet abſtrahere a
fantaſmate ſine mā̄ exiſtēte:tñ nō pōt īmediate accipe
re cognitioneꝫ a re ex̄:vt hr̄ in quodā cōmento tertij de
aīa. ❡ 2°. ꝯfirmat̄:qꝛ ſequeret̄ ꝙ angelus nō poſſet im
mediate accipe cognitōeꝫ a re ex̄:qḋ eſt improbatuꝫ in
ſcḋo lib. diffuſe. ❡ 6°. arguitur:qꝛ alia ꝓbatio pro parte
affirmatiua. ſ. de illo influxu ſpecieꝝ non vꝫ : qꝛ peccat
ſꝫ diuerſuꝫ intellꝫ medij:vel hꝫ alterā ꝑmiſſam falſaꝫ.
Cū eni accipit̄ in maiore ꝙ mediū q̄to magis recedit
ab vno extremo:tāto magis accedit ad aliḋ: ſi intelligas
mediū vniformiter:⁊ accedere ⁊ recedere:ꝯcedo ſi dif-
formiter falſa eſt:vtpote ſi ē mediū in eēndo ⁊ recedit
ab hoc extremo ī eēndo:accedit ad aliḋ in eēndo. Sile
ſi mediū in operādo ⁊ recedit ab h̄ extremo ī opando:
accedit ad aliud in opando. Et ſi eſt mediū in eēndo:ſꝫ
